regula ⁊ conſtitutionibus ipſius ordinis dato ꝙ
p̄latus ſuus nō mandet ſeu dicat ei ꝙ ſeruet.
Et p̄mo videt̄ ꝙ nō: qꝛ nō tenet̄ ea ſeruare obli
gatione cōi ſibi ⁊ alijs xp̄i fidelibus: q nō ſūt ob
ligati ad ſeruandū ipſa: nec etiā vt videt̄ obliga
tione ſpāli: quā fecit in ꝓfeſſione: qꝛ in ea nō ꝓ-
miſit ſeruare regulam ⁊ conſtitutiones ſeu ꝯten
ta in eis ⁊ in ea: ſꝫ ꝓmiſit ſolūmodo obedire p̄la
to ſuo ſm̄ regulā ⁊ ꝯſtitutiones: ḡ ſi p̄latus non
mandat ⁊ nō dicit ei ꝙ ſeruet ipſa: nō videtur ꝙ
teneatur ipſa ſeruare. Sed contra idem iudiciū
eſt de fratribus p̄dicatoribus ⁊ alijs religioſis.
Sed alij religioſi tenent̄ ſeruare regulas ⁊ ſtatu
ta ſue religionis: abſqꝫ hoc ꝙ prelatus eoꝝ dicat
vel mandet eis ꝙ talia ſeruent: ḡ ⁊ fratres p̄dica
tores. ¶ Reſpondeo ſm̄ Io. neapo. in quodlibꝫ
. 14. q. 16. ꝙ fratres p̄dicatores tenentur ſeruare
omnia ꝯtenta in regula ⁊ in ꝯſtitutionib⁹ ſui or-
dinis ꝓut ſunt in eis ⁊ in ea ꝯtenta hec p̄cepta vt

p̄cepta ſi ſtatuta ſimplicia: dato etiā ꝙ p̄lat⁹ ſuus
nō mandet: nec dicat ei ꝙ ſeruet ipſa: qḋ pōt ꝓ-
bari ad pn̄s multipliciter. ¶ Primo qꝛ quilibet
tenet̄ ſeruare ꝑtinentia ad ſtatū ſuū: ſicut p̄latus
qḋ ꝑtinet ad gradū p̄lationis: ⁊ ſacerdos ad gra
dum ordinis ſacerdotalis. Et ſimiliter quilibet
religioſus tenetur ſeruare regulā ⁊ ſtatuta ſue re
ligionis. ¶ Secundo ꝓbatur ꝑ rationē ꝙ quili-
bet exiſtens in aliquo gradu vel ſtatu eccleſie: te
netur facere impoſita exiſtentibus in tali gradu
vel ſtatu a ſuꝑiore potente ei imponere. Sꝫ pa-
pa tanqꝫ vicari⁹ xp̄i ⁊ ſupremus p̄latus toti⁹ vni-
uerſalis eccleſie potuit imponere: ⁊ de facto im-
poſuit ſtatuendo: vel ſaltem approbando vl' cō
firmando exiſtentibus in omni ſtatu ⁊ gradu ec
cleſie omnia ſpectantia ad talem gradū ſeu ſta-
tum. Sed dicet̄ ad hanc rationē: ꝙ maior nō eſt
vera de fratribus p̄dicatoribus: ⁊ ratio eſt: quia
ſm̄ decretalem extra de regula. ⁊ tran. c. porrec-
tum. habitus nō facit monachū ſed ꝓfeſſio regu
laris. Idem ergo iudiciū de ꝓfeſſione alicuius
religionis ꝑ quā aliquis efficitur religioſus: ⁊ de
religione ipſa ſeu de ſtatu ipſius religionis. Sꝫ
frater ordinis p̄dicatoꝝ ex ꝓfeſſione ſua tenetur
ſolum obedire p̄lato ſuo ſm̄ regulam ⁊ ꝯſtitutio
nes: ⁊ nō tenetur ſeruare regulā ⁊ cōſtitutiones:
quia quando ꝓfitet̄ ꝓmittit p̄mum ſcilicet obe-
dire: ⁊ non ꝓmittit ſecundū ſcilicet ſeruare: ergo
⁊c. Ex ſtatu ſue religionis obligatur ad primum
⁊ nō ad ſecundum. Sꝫ hec reſponſio non valet:
quia etiā p̄latus ꝑ electionem ⁊ confirmationē
⁊ ꝯſecrationem fit p̄latus: factus p̄latus tenetur
ſeruare ſpectantia ad ſtatum p̄lationis: que tamē
ſeruare non ꝓmiſit expreſſe: qn̄ factus eſt p̄la-
tus. Et ſimiliter ſacerdos tenetur ſeruare ſpectā
tia ad gradum ordinis ſacerdotalis: que tamen
ſeruare nō ꝓmiſit expreſſe quando factus eſt ſa-
cerdos. Et ſimiliter xp̄ianus tenetur ſeruare om
nia ſtatuta xp̄ianorum: que tamen nō ꝓmiſit ex-
preſſe in baptiſmo: quando factus eſt xp̄ianus.
Sed eo ipſo ꝙ aliquis ſuſcipit baptiſma vel ſa-
cerdotiū vel p̄lationem: ⁊ vult eſſe xp̄ianus vl'
ſacerdos vel p̄latus: vult īplicite ⁊ ex conſequē
ti ⁊ ꝓmittit ſeruare omnia ſpectātia ad xp̄ianos
ſeu ſacerdotes vel p̄latos. Et ſimiliter dicendū
eſt in ꝓpoſito: ꝙ eo ipſo ꝙ aliquis ꝓfitetur ordi-
nem fratrum predicatorū ⁊ ꝓmittit eſſe ⁊ eſt fra
ter p̄dicator: ꝓmittit ex conſequenti ſeruare ſpe
ctantia ad ipſum ordinem: licet in tali ꝓfeſſione
hoc nō ꝓmittat expreſſe. Sed contra iſta poteſt
argui: quia tranſgrediens votū peccat mortalit̄.
Sꝫ ſi ex voto ꝓfeſſionis ſue frater tenet̄ ſeruare
contenta in regula ⁊ in ꝯſtitutionibus: tranſgre-
diendo quodcūqꝫ eorū tranſgrederetur votum
ergo ſemꝑ peccaret mortaliter obmittendo vel
tranſgrediendo quodcūqꝫ tale: quod eſt incōue-
niens. Ad quod dicendū eſt ꝙ vouens aliquid
ſimpliciter ſeu abſolute ⁊ tranſgrediens ſeu ob-
mittens illud peccaret mortaliter. Sꝫ ſi voueret

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

illud nō abſolute:ſed ſub hac ꝯditione ꝙ ſi ob/
mitteret vel tranſgrederet̄ illud:nō incurrēt cul
pam venialē ſ3 penā aliquā determinatam:quā
penā ſi obmitteret incurreret penā venialē tm̄ ⁊
nō mortalē:talis obmittendo vel tranſgredien/
do illud qd̄ vouit: nō peccaret mortalit̄: ſed pe/
nā illam ſubijre deberet:⁊ eī obmittendo pecca
ret venialit̄ tm̄ ⁊ nō mortaliter:q3 ſolū iſtā ꝓmi/
ſit in voto ſuo:⁊ ad iſtā ſolū ſe obligauit ⁊ ſic eſt
in ꝓpoſito. Idem videt̄ dicendū de ꝯſtitutioni/
bus aliaꝝ religionū que nō ſūt in ꝑcepto.

## De ingreſſu ad religionem tria poſſunt conſi derari. Capitulū ſecundum.

DE ingreſſu ad reli/
gionem. Et ꝑmo vtrum ſit habēda ma/
gna deliberatio circa huius. Rn̄det Tho.zz.q.
vlti.ar.vlti.ꝙ diuturna deliberatio ⁊ multa con/
ſilia requirunt̄ in magnis dubijs:vt dicit ph̄us ī
.3.ͦethicoꝝ. In his aūt que ſunt certa ⁊ determi
nata nō requirit̄ conſiliū. Circa autē ingreſſum
religionis tria poſſunt conſiderari. ¶ Primum
eſt ipſe ingreſſus religionis ſm̄ ſe: ⁊ ſic eſt certu3
ꝙ eſt melius bonū. Et qui de hoc dubitat quan
tum in ſe eſt derogat xp̄o:qui hoc conſiliū dedit
¶ Secūdo pōt conſiderari religionis ingreſſus
ꝑ cōparationē ad vires eius qui eſt ingreſſurus
⁊ ſic nō eſt locus dubitationis: q3 illi qui ingre/
diunt̄ religionē nō confidūt de virtute ſua ſ3 di/
uina ſm̄ illud Iſa.40. Qui ſperant in dn̄o muta
bunt fortitudinē ⁊c. Si tn̄ eſſet aliqd̄ ſpāle im/
pedimentu3: puta infirmitas corpalis vel onera
debitoꝝ vel aliquid hı̄ꝰ: vbi requirit̄ delibera/
tio ⁊ conſiliū:cū his de quibus ſperat̄:ꝙ ꝓſint et
nō impediant eccl̄.3. Cū viro religioſo tracta de
ſanctitate ⁊c.⁊ eſt locutio ironica.in quibus non
ē diuturna deliberatio habēda:iuxta illud hier.
herenti in ſalo nauicule funem magis precide
q̄3 ſolue. ¶ 3.ͦpōt cōſiderari ingreſſus religionis
quantū ad modū: ⁊ quā religionē quis ingredi
debeat:⁊ in talibus pōt haberi ꝯſilium cū his q
nō impediūt. hec tho. Sed pene oēs q̄ ſua ſunt
querūt:nō que ieſu xp̄i ſuā religionem omnibus
ꝑferētes:⁊ plerūq3 qd̄ peius eſt aliis derogātes:
nō attendentes ad quā vocet̄ a dn̄o q̄rentes ſu/
ſcitare ſemen nō fratri ſuo mortuo:ſed ſibi ꝯtra
legē dei.8.q.i.olim. Et vbi quis ex ignorantia vl̄
errore intenderet illā ingredi in qua nō bene vi
uitur crudelitas eſſet non reddere eū cautū et a
ꝓpoſito ſuo reuocare:di.83.§.i. Sed vbi īſtiga
tur ⁊ multū inclinat̄ ad vnā que ſit bona nō ſine
magna cā reuocandus eſt ab ea ⁊ ad aliā indu/
cēdus:vt enī dicit̄.20.q.3.pn̄s. Qd̄ quis nō ele/
gerit vel optat ꝑfecto nō diligit. Qd̄ aūt nō dili/
git facile ꝯtēnit. De inducendo ad religionis in/
greſſū. Nota ſm̄ Tho.2ª.2ᵉ.q.vlti.ar.vlti.ꝙ in/
ducētes ad hoc nō ſolū nō peccant: īmo magnū
ꝑmium merent̄.iuxta illud Iaco.5. Qui cōuerti
fecerit peccatorē ab errore vie ſue liberabit ani
mam eiꝰ a morte ⁊ operit multitudinē peccatoꝝ
Ad hoc etiā facit qd̄ dicit̄ di.45.c.tria ſūt. Poſ
ſet tn̄ contingere triplex inordinatio circa hanc
inductionē. ¶ Prima eſt ſi violēter aliquis aliū
ad religionem cogeret:qd̄ ꝓhibet̄.20.q.3.pn̄s.⁊
hiero. dicit de ꝯſe.di.5.qcqd neceſſitate fit: cito
ſoluit̄ qd̄ voluntate ꝑſeuerat. ¶ Secundo ſi ali
quis ſimoniace aliū ad religionē trahat:muneri/
bus datis ꝓpt̄ hoc:qd̄ ꝓhibet̄.i.q.2.q̄3 pio. Nec
tn̄ ad hoc ꝑtinet ſi quis alicui pauperi neceſſaria
miniſtret in ſeculo nutriens eū ad religionē: vel
ſine pacto aliqua munuſcula tribuat ad captan/
dam familiaritatē. ¶ Tertio ſi mendacijs eū al/
liciat. Imminet enim ſic inducto periculū:ne cū
ſe deceptum inuenerit:retrocedat ⁊ ſic fiant no/
uiſſima illius peiora peioribus:tho. Sed etiam
abſq3 hoc periculo nō licet ſic inducere:q3 vt di
cit augꝰ.ad ſalute3 ſempiternā nullus ducendus
eſt opilante mendacio.22.q.2.ꝑmum.⁊ loquitur
de officioſo mendacio:quod eſt veniale. ¶ In/
greſſus religiōis nō ſolū cōgruit ⁊ expedit exer/
citatis in obſeruātia ꝑceptorum:vt ad maiorem
ꝑfectionem ꝑueniat:ſed ēt nō exercitatis ⁊ pec/
catoribꝰ ſecūdū tho.2ª2ᵉ.q.vlti. Na3 ⁊ dominꝰ
matheu3 publicanū qui nō erat exercitatus ī ꝑ/
ceptoꝝ obſeruantia vocauit ad obſeruantiā cō/
ſilioꝝ.facilius.n.qui fuerunt peccatores peccata
vitant in religione vt p3:q3 per ieiunia:vigilias:
obedientiā:⁊ alia opera religioſa tollunt̄ occa/
ſiones peccatoꝝ gule luxurie ⁊ hı̄ꝰ:tho.ad quod
facit quod habet̄.33.q.2.admonere. vbi ſtepha/
nus papa conſulit cuida3 vxoricide: ꝙ ingredia
tur monaſteriū dicens: Relinq̄ hoc malū ſecu/
lū:qd̄ te traxit ad tā īmaniſſimum peccati facinꝰ
ingredere monaſteriū ⁊c. Ingreſſus religionis
vel opera obedientie in ipſa vtrū ſint pretermit
tenda ꝓpter obſequia exhibenda parentibꝰ? Re
ſpon.tho.in qd̄libet:quodlibet.3.q.6.ar.2.⁊ di/
cit ꝙ aliter dicendū eſt de eo qui nōdu3 intrauit
religione3:aliter de eo qui ia3 intrauit ⁊ ꝓfeſſus
eſt. Na3 in ſecundo caſu cū per ꝓfeſſionē ſit mō
tuus mundo:deobligat̄ a cura īpendenda paren
tibus:ſicut deobligat̄ ꝑ corporale3 morte3:⁊ iō
nō peccat nec facit cōtra dei preceptum:ſi ī clau
ſtro remaneat preceptu3 prelati pretermiſſa cu
ra parentum. Eſt eni3 factus īpotens ad redden
dum debitū parentibꝰ abſq3 ꝓpria culpa. Debet
tamen inq̄3tū pōt ſalua ordinis obediētia ſatage
re:vt ꝑ ſe vel ꝑ alios ſuis parentibꝰ ſubueniatur
ſi in neceſſitate fuerint. In operibꝰ vero ſpalibus
⁊ orōnibus tenetur eis ſeruire in religione. Si
autem nondū intrauit:tunc diſtinguit:q3 aut vi/
det ſe poſſe in ſeculo remanere abſq3 īminēti pe
riculo peccati mortalis:aut videt ſe non poſſe ſi
ne peccato mortali remanere: ⁊ in ſecundo caſu
tenet̄ magis ſaluti anime ſue prouidere q̄3 cōpo
rali neceſſitati parentu3:nō oportet retardar̄ ab

ingreſſu religionis propter prouiſionē parentū.
In primo caſu iterū ſubdiſtinguēdū eſt: qꝛ aut ſi
ne eius obſequio parētes eiꝰ nullo modo viue/
re pñt. Et ſic tenet̄ eis ſeruire ꝛ alia pfectōis ope
ra pretermittere: ꝛ peccaret dimittendo eos: aut
ſine eiꝰ obſequio pñt eiꝰ parētes ſubſtentari: q̄ꝫ/
uis nō ita honorifice ꝛ abundāter: ꝛ tūc nō tenet̄
dimittere īgreſſum religiōis ꝛ alia opera perfec/
tiōis: ꝛ ideꝫ eſt dicendū ſi parētibus in q̄tacūqꝫ
neceſſitate cōſtitutis poſſet ꝓcurare q̄ eis ꝓui/
deret̄ per aliquē. tunc. n. poteſt īgredi religionē.
Jo. neap. ī qōlibet omiſſa diſtinctiōe de piculo
peccati mortalis vel nō periculo ſimpliciter di/
cit: q̄ nō ſoluꝫ hñs ꝓpoſitū ingrediendi religio/
nē: ſed etiā habēs de hoc votū: tenetur differre
īpletionē voti id eſt ingreſſuꝫ religionis in dupli
ci genere īdigentie parentuꝫ: videlicet in maxīa:
puta qñ parētes ſui nullo modo ſine eo poſſunt
viuere vel morerent̄ fame vel nuditate. ꝛ ſimili
bꝰ: qꝛ. ſ. ſunt īfirmi vel ī carcere: vel alia ſimili ca
lamitate. In mediocri indigētia: puta qꝛ ſine eo
poſſent viuere: ſed cū notabili iactura ſeu detri/
mēto ſui ſtatus ꝛ conditionis ſue: puta qꝛ opor/
teret eū mēdicare vel alijs ſeruire cū magna in/
decētia ſtatus ſui. In his duobus mōis īdigētie
debet differre ingreſſum q̄uſqꝫ ceſſet indigentia
Que ſi nunq̄ꝫ ceſſat: debꝫ ex toto dimittere. Et rō
eſt ſcḋm euꝫ: qꝛ ea que ſunt neceſſitatis ꝛ pcepti nō
debēt dimitti ꝓpter ea: que ſunt ſuperogationis
ꝛ cōſilij. Sed obſequi parētibꝰ ē neceſſitatis ꝛ p̄
cepti iuris diuini ꝛ naturalis: de honoratione pa
rentū qui honor magis cōſiſtit in eoꝝ ſubſtenta/
tione ꝛ corpoꝝ obſequii preſtatiōe q̄ꝫ ī reueren/
tie exhibitione. Ingreſſus āt religiōis eſt opꝰ ꝯ/
ſilij ꝛ ſuperogationis: ergo debet differri ꝓpter
obſequia parentū in dictis caſibus. Si aūt dica
tur q̄ implere votū eſt neceſſitatis ꝛ p̄cepti non
cōſilij. Sꝫ talis fecit votū de ingreſſu: ḡ ꝛc̄. Rñ.
Jo. ipſe ꝛ dicit q̄ neceſſitas eſt implere votum
licitū nō aūt illicitū: ſuppoſita aūt indigentia pa
rentū in dictis duobus modis filius vouēdo in/
gredi religionē faceret votū illicitū. Et ratio eſt
quia res alteri obligata nō pōt alteri ꝓmitti lici/
te: pſona aūt filij in illis caſibus eſt obligata pa/
rentibus ad ſubueniēdū: ideo ꝛc̄. Si aūt vouiſ/
ſet ante indigentiā parentū: ꝛ poſtea incurrerent
talē indigentiā: tale votū implere ē illicitū: ꝛ rō
eſt qꝛ res alteri obligata etiā alteri ꝓmiſſa nō de
bet illa alteri tradi: qꝛ ꝑ ꝓmiſſionē nō transfert̄
dominiū rei que ꝓmittit̄. Et ſi poſt votū emiſſuꝫ
mutat̄ conditio pſone vouentis: nō debet votū
adimpleri: vt ſi quis ſanus exiſtens voueret ieiu
nare in pane ꝛ aqua ꝛ poſtea infirmaretur: ita q̄
illud ieiuniū eſſet ſibi periculū mortis: tale vo/
tum nō debet impleri: qꝛ iuramentū ꝛ votū non
ſit vinculū iniquitatis: vt. 22. q. 4. c. inter cetera.
Sic in ꝓpoſito qꝛ poſt votū emiſſū de ingreſſu
religionis pſona vouens ꝓpter nouā indigentiā
ſuperuenientē de nouo eſt obligata parentibus ad
ſubueniendū: ḡ ꝛc̄. Sed ſi indigentia parentum
eſſet parua: vt qꝛ nō ita honorabiliter ꝛ ample
viuere poſſūt: ſicut vellent ꝛ ſicut viuūt alij eq̄/
lis conditionis: ꝓpter hoc nō debet filius dimit
tere ingreſſū religionis ꝓpter hꝰ indigentiā pa/
rentū: hec Jo. neapo. Si aūt eſſet iam ingreſſus
religionē ſꝫ nō dum ꝓfeſſus: videt̄ idē dicendū
qō de eo q nōdum eſt ingreſſus: qñ. ſ. indigentie
parentū p̄cipue ꝛ maxime nō poſſet alit̄ ſubueni
ri: nec monaſteriū vellet illi ꝓuidere: qō piū eēt
ſi poſſet. Parentes aūt qꝛ hñt rationē p̄ncipij: in
quantū hꝰ: p ſe eis cōuenit: vt filioꝝ curā habe/
ant. Et ꝓpter hoc nō liceret alicui filios hñti pre
termiſſa cura filioꝝ oīno religionē ingredi. i. nō
ꝓuiſo qualit̄ educari valeāt: dr̄. n. i. thi. 5. Si qs
ſuoꝝ ꝛ maxime domeſticoꝝ curā nō hꝫ: fidē ne/
gauit. tho. 2ª. 2ᵉ. q. 189. ꝛ ad hoc facit. c. ſi quis de
reliquerit filios: di. 30. vbi hoc ꝓhibet̄ ſub pena
excōicationis. Nec obſtat huic di. 30. c. i. vbi di/
cit̄. Si q filij deſeruerint parentes maxime fide
les occaſione cultus dei anathema ſit: qꝛ vt di/
cit gratianꝰ illud fuit ſtatutū in deteſtationē here
ſis quorūdam. Qui vt dicit glo. dicti. c. putabāt
hoc eſſe neceſſariū ad ſalutē: ex eo q̄ xp̄s dixit.
Qui nō reliquerit patrē ꝛ matrem ꝛc̄.

## De ingreſſu in religio/ nē quo ad ep̄os archidiaconos ꝛ alios curatos.

Nota ḡ ſcḋm tho. 2ª. 2ᵉ. q. fi. q̄ obligatio voti ꝑpe
tui ad vacandū diuinis obſequijs cōpetit ꝓprie
ep̄is religioſis. Preſbyteri aūt curati ꝛ archidia
coni nō obligant̄ voto ꝑpetuo ꝛ ſolēni ad curaꝫ
animaꝝ retinendā: ſicut ep̄i obligant̄. Unde ep̄i
p̄ſulatū deſerere nō pñt abſqꝫ auctoritate roma
ni pontificis: extra de reg. iur. licet. Archidiaco/
ni ꝛ p̄ſbyteri curati pñt libere abrenūciare ep̄o
curā eis cōmiſſam abſqꝫ lnīa pape: qui ſolus pōt
in votis ꝑpetuis diſpenſare: vñ manifeſtū eſt q̄
archidiaconis p̄ſbyteris curatis lꝫ ad religionē
tranſire etiam ep̄o ꝯdicente: vt. 19. q. 2. c. due ſūt.
Beneficia aūt alicuius taliū toto tp̄e ꝓbationis
nō debēt alteri cōferri: niſi de ipſius cōſenſu: vel
niſi cōſtet: q̄ abſolute voluerit vitā mutare: vel
ꝓfeſſionē fecerit vel habitū ꝓfeſſoꝝ receperit: in
terim ſeruiet̄ beneficio ꝑ aliū cui d portiōe ipſiꝰ
beneficij ꝓuidebitur: extra de reg. iur. c. benefi/
cium li. vi.

## De ingreſſu ad religi/ onē quo ad obligatos.

Nota ſi qs eſt obligatus
ad ratiocinia reipub. nō ē recipiendꝰ in religione
niſi p̄us ſe expediat de ratiocinijs: di. 53. Obliga
ti etiā ad ratiocinia p̄uatoꝝ: honeſtū eſt etiam q̄
p̄us ſe expediant. obligatus ad aliq̄d ſoluenduꝫ
ſcḋm Ray. ingredi pōt non obſtante obligatione
vel iuramēto: dūmodo nō ex leuitate nec inten/
tione ſubtrahēdi debitū hoc faciat ſꝫ ex feruore
charitatis. Nec facit iniuriam creditori: qꝛ facit
auctoritate ſpūs ſcī: cui reſiſtere nemo pōt. 19. q.

.2. due ſūt.2 extra de re.iu.c.lꝫ. Sꝫ monaſterium teneť ſatiſfacere de his ꝗ̄ cōtulit monaſterio.19.q.3.ſi qua mulier. Nō ſi nihil ꝯtulit monaſterio qꝛ nihil habebat: inanis ē actio: quā excludit inopia dbitoris.14.q.6.ſi res. Si tñ poſt ingreſſū eius monaſteriū aliquid acquireret occaſione eius: puta ꝑ ſucceſſionē hereditariā donationem vel ex teſtamēto: teneret monaſteriū quantū ad illud: ar. in dicto.c.ſi qua mulier. Concor. Inno. ⁊ tho.2ª.2ᵉ.q.vltima. ¶ Poterit etiā ſm̄ Ray. in monaſterio aliqd ſcribere: vel aliud honeſtū opus facere ad liberandū ſe: dūmodo ꝑ hoc nō negligat diuinū officiū: di.91.c.clericus. ⁊ educētur expenſe: ne ſit oneroſus monaſterio: vt dicit.16.q.6.c. de lapſis. Aliq tñ dicūt nō deducēdas expenſas: qđ ꝓbabilius: dūmodo non impediať obſeruātia. pe.đ pa.i.4. dicit ſimpliciť: ꝙ talis ñ teneť in religione operari: vt ſoluat debita. Itēꝫ obligatus ad aliqd faciendū vt ſcribendum vel pingendū ſm̄ hoſti. nihilominꝰ ingredi pōt: ⁊ ꝑficiat qđ ꝓmiſit. Et ſi hoc nō pōt ſaltē ꝑ aliū niſi manus eiꝰ ſpāliter eſſet electa: qꝛ tūc nō pōt per aliū facere: niſi de lniā eius cui ꝓmiſit: ex de of. dele.c.ſi. pōt etiā ſatiſfacere ei cui ꝓmiſit: ſiue de bonis ꝗ̄ contulit monaſterio ſiue operando aliqd vt ei ſatiſfaciat vt dictū eſt. obligatus ex iuramēto ad regendū ciuitatē ꝑ annū vel magiſter ad legendū vel capellanus ad ſeruiendū in capella ſm̄ Ray. nō obſtante iuramēto pñt ingredi religionē. Nō enī iuramentū violat: qui illud in melius cōmutat: đ iureiur.c.ꝑuenit.2. idē Inno. gof. ⁊ hoſti. qui tñ addit. Cōſulo tñ prius īpleat qđ ꝓmiſit: extra de iureiur. debitores. hoc enim tutius niſi ab illis quibꝰ iurauit poſſit licentiam obtinere.

## De obligāte ſe per votum

ad ingreſſū religionis ſm̄ tho.2ª.2ᵉ.q.186.ar.2. hoc de ſe laudabile eſt: qꝛ idē opꝰ bonū factū ex voto: laudabiliꝰ eſt ꝗ̄ꝫ factū ſine voto. Sed nota ꝙ obligans ſe ad hoc aut ē īpubes aut pubes. Et ſi impubes.i.minor.14.annis cōpletis ꝗ̄ ad maſculū: vel.12.ꝗ̄ ad fēias: ſi hꝫ vſū rōnis: qꝛ pōt ſe obligare deo ꝑ votū ſicut ⁊ diabolo ꝑ peccatū: iō ſi pr̄ vel tutor nō irritat ſꝫ ratificat: teneť ad intrandū. Si vero irritat nō teneť nec dꝫ intrare an̄ pubertatē. Et ſi intrauerit ſiue ex voto facto ſiue ſine voto inuitis parentibꝰ: pñt eū extrahere etiā ꝯ voluntatē ſuam de religione vſqꝫ ad vnū annū ⁊ vnā diē.20.q.2.puellā. Eſt āt aduertendū ſm̄ pe. de pal. ꝙ pr̄ vel tutor nō dꝫ cū violētia ꝓpria auctoritate extrahere: ſꝫ auctoritate eiꝰ q hꝫ ptātē ī monaſterio. Nec ēt mgr̄ filijfamilias hoc pōt: nec qcūqꝫ aliꝰ cuſtos. lꝫ aūt pr̄ vľ tutor poſſit pupillū inuitū diſciplinare ēt clericū: ñ tñ pñt eū corrigere alijs iniuriā inferēdo: qđ fieret ſi habitū diſrūperēt: vel de monaſterio vi extraherēt: qđ iā erat ī ꝑ eiꝰ poſſeſſiōe. hec pe. de pal. Si aūt ē adultus teneť implere etiā ꝯdicēte pr̄e ⁊ ꝓcipienti pr̄i īn hoc non teneť obedire.11.q.3.ſi dn̄s. Et ſi vouit ſimpliciť ⁊ abſolute: teneť ꝗ̄ꝫ citius pōt ꝯmode intrare: alˀs ex mora peccat. Si vouit ꝯditionaliť.i.ſub certa ꝯditiōe ⁊ certo tpe tūc adueniēte tpe ⁊ ꝯditione teneť alˀs nō. Si āt religio illa eēt reprobata: vel illi nolūt eū recipere ſi obligatio fuit abſolute ad religionē: lꝫ nō intēdiſſet niſi de iſta: ea refutante vel ꝑeūte obligatꝰ eſt ad aliā: qꝛ obligatio nō fuit certe ſpēi ſꝫ generis: ſicut q ꝓmittit dare equū: lꝫ nō intēdat emē alienū ſꝫ dare ſuū: ſi oēs ſui ꝑeant: teneť tñ dare aliū. Si aūt nō intēdebat ſe obligare niſi ad iſtā religionē ꝑciſe: videť qbuſdā ꝙ illa refutante liberatꝰ eſt qꝛ ꝑ eū nō ſtat: ⁊ ſibi īpoſſibile factum eſt qđ vouit: ⁊ ſiliť ſi ipſa totaliť reprobeť. Sed iſtud nō videť: qꝛ ille qui vouet certā religionē qꝛ cū hoc nō ſtat vita ſeculi: ꝑ ꝯſequēs videť vouere dimittere ſeculū. Vñ ſi illā religionē nō poteſt hr̄e: vel qꝛ ipſa nō vult: vel qꝛ ꝓhibiti ſunt recipere ad ꝓfeſſionē: qꝛ teneť nō redire ad ſeculū videť ꝑ ꝯſequēs ꝙ ī alia religione debeat remanere: pe. de pal. in.4. Sꝫ tho.2ª.2ᵉ.q.vlti. tenet priorē opinionē.ſ.ꝙ nō teneať ad aliā. Et lꝫ pe. ſit tutior: tho. tñ rōnabilior. obligatꝰ aūt ex vinculo matrimonij ꝯſumati: quō poſſit intrare religionē: ⁊ quō nō: habes.ſ̄.li.3.eo.ti.i. ¶ Itēꝫ qui vouit vel iurauit intrare religionē minorē determinate: licite pōt intrare maiorē: qꝛ in maiori includiť minus. Et licite pōt ꝑ aliū ad hoc induci: niſi ſit aliquid ſpāle qđ īpediat: puta infirmitas vel ſpes maioris ꝓfectꝰ in minori. Sꝫ ille q obligať voto vel iuramēto ad ingreſſum maioris ñ pōt licite intrare: nec dꝫ induci ad minorem niſi ex aliq̄ euidenti cā ⁊ cū diſpenſatione ſuperioris: tho.2ª.2ᵉ.q.vlti. Item ſm̄ tho.2ª.2ᵉ.q.ſi. vouens intrare religionē ſi intendit ſe obligare nō ſolū ad ingreſſū ſꝫ etiā ad ꝑpetuo remanendū: teneť ꝑpetuo remanere. Si āt intēdit ſe obligare ad ingreſſū cā experiendi ſꝫ cū libertate remanendi vľ nō remanēdi: manifeſtū eſt ꝙ nō teneť. Si aūt ī vouendo nihil de hoc cogitauit: videť obligari ad ingreſſū ſm̄ formā iuris cōis: q̄ ē vt ingrediētibus deť annꝰ ꝓbationis: vñ nō teneť ꝑpetuo remanere. Si tñ tali intētiōe intraret vt exiret ſtatim nō videť ſatiſfactū voto: qꝛ in vouēdo hoc nō intēdebat. Et iō teneť vt ſaltē velit experiri: an ei expediat remanere. ¶ Pñt etiā parētes offerre filios īpuberes monaſterijs ad ſuſcipiendū hītū: ſꝫ cū ꝑueniūt ad ānos pubertatꝭ ē ī libertate eoꝝ ſi volūt remanē vel ñ. Nō.n. pñt cogi ad hoc.32.q.5.virginitas. vñ.20.q.i.c.illud. dr̄ ꝙ cū ſūt in.15.āno: q eſt ānus ꝓbatiōis: debēt interrogari ſi volūt remanē. Et ſi hoc elegerīt ꝑ ꝓfeſſionē expſſā vel tacitā ꝑ lapſū anni: tūc cogūť remanē nec poſſūt redire ad ſeculum: ⁊ ſic intelliguntꝰ.c. addidiſtis cū.c. duobus ſequentibus. ⁊.c. quem ꝓgenitores. vt dicūt glo. ꝗ̄uis aūt liceat tales recipere qđ etiā beatꝰ Benedictus fecit: tñ experientia rerū magiſtra docet: qꝛ non expedit moder-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nis tēporibus ī quibꝰ ⁊ corpora ⁊ merita noſtra
defecerũt: di. 34. fraternitatis. Sic ſeruant oēs
cuiuſcũq; ꝓfeſſionis regularit̄ viuentes. Cogunt
enī multas inuenire medicinas multorꝝ experi/
menta morborꝝ: di. 50. vt ꝯſtitueret̄. b. tho. in qd
libet. 3. q. 5. ar. 1. ⁊. 2ª. 2ᵉ. q. 189. ar. 5. ꝓbat ꝑ pluri/
ma ar. licite ⁊ laudabilit̄ pueros recipi poſſe: qđ
intelligendũ eſt: niſi ꝑ ꝯſtitutionem alicuius reli
gionis ꝓhibeat̄: vt in pluribus reꝑitur vt in car/
tuſieñ. ⁊ ordine ſancte brigide. Nõ aũt in cõſti/
tutione p̄dicatorꝝ cauetur: ꝙ nullus recipiat̄ añ
.18. annũ: illud intelligit̄ de cõuerſis in illo ordi/
ne: nõ de clericis ꝓut fuit declaratũ ꝑ acta capi/
tuli generalis. ¶ Ingreſſus aliquã religionẽ q̄diu
eſt nouitius in ꝓbatione poſitus redire pōt ad ſe
culũ libere infra tēpus noticiatus ſeu annũ: pre/
terq̄ in his caſibus. ¶ Primus eſt ſi ſcienter re/
ceperit habitũ: qui dari ꝓfitentibus ꝯſueuit: ⁊ in
illo habitu triduo voluntariꝰ ꝑſeueret. Nõ habz
locũ in illis religionibus vbi habitus nouitiorũ
eſt diſtinctus ab habitu ꝓfeſſorꝝ: q2 ꝑ talẽ ſucceſ/
ſionẽ intelligit̄ ꝓfeſſus tacite: ⁊ obligat̄ religio/
ni in genere nõ illi ſp̄aliter: extra de regu. ꝯſtitu/
tus li. vi. ¶ 2ᵒ. eſt ſi fecit ꝓfeſſionẽ infra annum
expreſſam: ⁊ ſi hoc facit in ordinibus mendican
tiũ eſt obligatus religioni in genere: non illi quã
ꝓfeſſus eſt in ſpecie. Sz in aliis ordinibꝰ eſt etiã
in ſpecie illi obligatus quã ꝓfitet̄: extra de regu.
.c. nõ ſolũ li. vi. ¶ 3ᵒ. eſt ſi euidenter apparet ꝙ
talis voluerit vitã mutare: qđ tñ nõ p̄ſumitur: ni
ſi clara ꝓbatione vel competentibꝰ indicijs oſtẽ/
datur: puta q2 forte donationẽ fecerat de ſuis et
hiꝰ. ¶ 4ᵒ. eſt cũ ſuſcipit habitũ alicuius religiõis
nõ aīo ꝓbandi ſz cũ firmo ꝓpoſito remanẽdi: tũc
hoc equipollet voto ſimplici ex vi ſtatuti eccle/
ſiaſtici: extra de regu. ſtatuimus ſm pe. de pal̄. et
fran. de zab. obligat̄ aũt religioni ſaltem in gene
re: de hoc etiam. s. li. ij. ti. penulti. ¶ Pro pleniori
declaratione duorꝝ caſuũ vltimo poſitorꝝ excε/
ptis a regula illa ſupradicta. Nota p̄mo tex. illiꝰ
.c. vbi ſic ait gregꝰ. 9. Statuimus nouitios in ꝓ/
batione poſitos ante ſuſceptũ religionis habitũ
quĩ dari ꝓfitentibꝰ cõſueuit: vel ꝓfeſſionem emiſ
ſam ad priorẽ ſtatũ poſſe redire libere infra an
num: niſi appareat ꝙ tales abſolute voluerit vi/
tam mutare ⁊ in religione ꝑpetuo dño deſeruire
cũ quilibet renũciare valeat qđ ꝓ ſe noſcit̄ intro
ductum. Et poſt addit ꝙ in regionibꝰ vbi nõ eſt
diſtinctus patent̄ habitus nouitiorꝝ ab habitu ꝓ
feſſorũ in ꝓfeſſione veſtes eorꝝ. ſ. ſcapulare ⁊ hu
iuſmodi debent benedici: vt ſic ſit diſtinctus ha
bitus ꝓfeſſorꝝ ab habitu nouitiorꝝ ſaltem ꝑ hoc
qđ eſt benedictꝰ habitꝰ ꝓfeſſorꝝ nõ aũt habitus
nouitiorꝝ: ꝓut ſit in ordine p̄dicatorũ. Et ex his
videt̄ hoc debere ſeruari: ꝙ nouicij qñ recipiũ
tur ad habitũ ordinis nõ detur ſcapulare bene/
dictũ: ſed nouũ vel ſaltẽ nõ alias benedictũ: ꝓ/
feſſi aũt qñ de nouo ſibi faciũt ſcapularia: debe/
rent a p̄latis ſuis ea facere benedicere: q2 ſcapu
lare benedictũ eſt habitꝰ ꝓfeſſorꝝ: ſit tñ quotidie
contrariũ ꝑ ignorantiã ⁊ abuſũ. Sz reuertamur
ad dubium principale: vtrũ. ſ. libere poſſit redire
ad ſeculũ infra annũz qui intrauit aīo ⁊ ꝓpoſito
firmo remanendi in religione ⁊ poſſit contrahẽ
matrimoniũ: vel ſit voto aſtrictus ad religionẽ:
⁊ ſi voto ſimplici vel ſolẽni obliget̄ ad religionẽ
In. c. conſuluit eo. ti. dicit Innocẽ. 3ᵒ. in tex. ꝙ in
p̄ncipio ſue receptionis debet recipiendꝰ publi/
ce ꝓteſtari an aīo ꝓbandi auſteritates religionis
ingrediat̄: vt ſit liber ad egrediẽdũ ſi ſibi placue
rit exire: an aīo ꝑpetuo ibi remanendi vt in p̄mo
caſu libere poterit egredi ⁊ cõtrahere matrimo/
niũ. In ſecũdo nõ poſſit ſz ad religionẽ ſit obli/
gatus in genere: ⁊ q̄uis iſta vera ſint: tñ Io. an. i
nouell̄. ſup dicto. c. refert Inno. 4ᵒ. ⁊ hoſti. poſt
glo. ibi dicere: hoc nõ eſſe neceſſariũ. ſ. facere ta/
lem ꝓteſtationẽ nec fieri cõſueuit: ⁊ aſſignat In/
nocen. quadruplicẽ rationẽ. ¶ Prima q2 ſm id
oēs ꝓteſtarent̄ ꝓ egreſſu: ⁊ ſic multi poſſent po/
ſtea habere occaſionẽ exeundi ſine rubore ⁊ de
facto exirent al̄s forſitan remanſuri. ¶ 2ª q2 per/
mitti debet in dubio de ſua cõſcia teſtificari: nec
alit̄ ꝓbari poſſet de homi. c. ſignificaſti. In hac ꝗ
vita ſit ſibi iudex ⁊ teſtis: caueat tñ ſibi in futuro
iudicio. ¶ 3ª q2 p̄ſumit̄ ꝙ ex rubore obmiſerit
ꝓteſtari. ¶ 4ª q2 timere potuit ne ꝓpter talẽ ꝓ/
teſtationẽ ſibi ꝓbationis habitus non daret̄: hec
ibi. Si aũt ꝑ p̄latuz recipientẽ ad habitũ aſſigne
tur ſibi annus approbationis infra quẽ libera ẽ
religio ad emittendũ: cũ ⁊ ipſe liber ſit ad exeun
dũ: vt ſit in ordine p̄dicatorꝝ ſm cõſtitutiones: ſi
tñ hoc nõ obſtante is qui recipit habitũ: intẽdit
ꝑmanere tenet̄ ad religionẽ vt declarabit̄: ⁊ mł
to magis ſi nec p̄latus aliqđ dicit: nec ipſe ꝓteſta
tionẽ facit: ꝙ intendit eſſe liber ad exeũdũ. Et
multo magis obligat̄ ad religionẽ ſi fecit votũz
etiã occultũ ꝑmanendi in religione. Quia ꝗ tex.
illiꝰ. c. ſtatuimus. dicit niſi euidenter appareat: ꝙ
abſolute voluerit vitã mutare ⁊ ī religione ꝑpe/
tuo deſeruire. glo. ibi ponit duos mõs hꝰ euiden
tie: videlz qñ in ſua receptione dicit ſe velle ſe/
culũ dimittere: vel q2 tũc recipit ſcient̄ veſtes q̄
dant̄ ꝓfitentibꝰ. Io. an. in nouel. ibi pꝰ glo. ponit
alios mõs euidentie hꝰ: videlz ſi nũc cũ vult exi
re religionẽ: vel cũ ẽ egreſſꝰ cõfitet̄: ꝙ tpe ingreſ/
ſus habebat firmũ animũ dimittendi ſeculũ ſm
Inno. ⁊ ſi nil de hoc tũc dixit vel ſi in greſſu il/
lud expſſit: vel ſm hoſti. q2 ſe ⁊ ſua expſſe mona
ſterio obtulit: vel q2 ꝓprijs oīno renũciauit: vel
caſtitatẽ ⁊ obiam ꝓmiſerit. Hec enī ⁊ ſiliã ſũt ſi/
gna euidẽtia ſm eũ: ꝙ qs dimittat ſeculũ. ¶ Que
rit enī ibi Io. an. Quid de his q̄ legauit qs vł di
miſit monaſterio ī ingreſſu eiꝰ. Rñdet ꝙ ſi nil
ꝓteſtatꝰ eſt nõ ẽ qõ: qđ ꝑ hoc pz: ꝙ voluit vitaz
mutare. Sed ſi ꝓteſtatꝰ fuit ꝙ ꝯditionalit̄ intra
bat: oīa recuꝑabit: q2 p̄ſumit̄ cã mortꝭ donaſſe:
niſi aliud ī donatiõe fuerit dictũ ſm hoſti. Non
ob. qđ hr̄ in. c. nõ ſolũ eo. ti. li. vi. vbi dr̄ ꝙ pōt. ī.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

annũ ad ſeculum libere redire: nec pōt inuitus
teneri a recipientibus eũ: q illud hʒ locũ: qñ nō
apparet manifeſtis indicijs eũ voluiſſe ſeculum
mutare: non enī pōt tũc inuitus detineri: ex quo
probari nō pōt de obligatione eius. Et vt dicit
glo. Per. ſi nō apparēt manifeſta indicia pſumi/
tur ab eccleſia: ꝙ aio pbādi intrauerit: ſi contra
rium ꝓprie nō aſſerat: q nemo pſumit̃ immemor
ꝓprie ſalutis: vt dicit̃. i. q. 7. ſancimus. ⁊ ſic cogi
nō pōt intrare religionē. Sʒ quantũ ad deũ ⁊ in
foro ɔſcie ſi firmum ꝓpoſitũ habuit pmanendi
obligat̃ ad religionē in genere. Sʒ ꝙ obligetur
voto ſolenni ad hoc durũ videt̃ dicere: cũ laq̃/
us magnus videat̃ animab⁹ inijci: qȯ eccleſia nō
facit. 27. q. i. de viduis. vnde mihi magis placet
opi. ſupradicta pe. de pal. ⁊ franci. de zab. videlʒ
ꝙ obligetur vi voti ſimplicis: qȯ vtiqꝫ impedit
ſed nō dirimit matrimoniũ contractũ. Cōiter tñ
canoniſte vident̃ dicere: ꝙ illud habeat vim vo
ti ſolennis: ꝙ ſi eſſet matrimoniũ ɔtractum ⁊ cō
ſumatum dirimeret. verũ q hoc eſſet ex ſtatu/
to eccleſie: ſicut ⁊ de voto ɔtinentie in ordinib⁹
ſacris: ideo papa poſſet cũ talibus diſpenſare in
ɔtrahendo: qȯ aliquando facit aliqñ nō facit.
¶ Ingreſſi monaſteriuʒ ſe ⁊ ſua dedicant deo:
oīa enī eoꝝ bona intelliguntur monaſterio eſſe
collata. C. de epi. ⁊ cleri l. ingreſſi. ⁊. 19. q. 3. q in/
gredientibus. Sʒ nota ſm pe. de pal. in. 4. ꝙ qñ
iura loquunt̃ de ingreſſu religionis loquunt̃ de
ingreſſu p pfeſſionem: tũc enī pfecte fit religio/
ſus ⁊ morit̃ mũdo. Et tunc hʒ locũ ꝙ dictuʒ eſt
de bonis eoꝝ: ſi alit̃ de eis nō diſpoſuit. In noui
ciatu tñ hʒ plenariā libertatē diſponendi de eis
nō aũt p⁹ pfeſſionē etiā tacitam: vt notat glo. di
cti. c. quia. in gbuſdam aũt locis eſt ɔſuetudo: ꝙ
ex quo quis ingreſſus eſt religionē ꝓpinqui ei⁹
bona imobilia occupant: niſi quaten⁹ de illis de/
dit monaſterio: alicubi etiā idem fit circa mobi
lia ſm cōſuetudinē regionis: ⁊ ſm Ray. ſi dicta
ɔſuetudo eſt approbata ⁊ obtenta p. 40. annos
nā minori tpe nō currit ɔtra eccleſiam pſcriptio
Itē nota ꝙ viciũ ingratitudinis ꝓpter qȯ potuiſ
ſet fili⁹ vel filia exhereditari a pr̄e vł matre tolli
tur p ingreſſum religionis: ita ꝙ talis nō pōt ex
hereditari: vt. 19. q. 3. c. ſi. cũ glo. ⁊ in. c. ſi qua mu/
lier cũ glo. ibi plura habent̃ de diſpoſitione bo/
norũ ingredientiũ religionē. Illi q ɔſtruunt hoſ
pitalia mutant habitũ ⁊ accipiunt certũ ſignum
ſi hoc faciũt auctoritate epi ⁊ pmittunt obedien
tiam ⁊ caſte viuere cũ vxore ⁊ ea mortua aliam
nō ducere ⁊ ꝓpriũ nō habere: eccleſiaſtice ſũt p/
ſone ⁊ quodāmodo religioſi dici pñt. Nec ob/
ſtat ꝙ vxorē talis hʒ. Nā ⁊ intelligit̃ caſte viuē
di. 31. nicena. Itē nō obſtat ꝙ quaſi ꝓpriũ habet:
q illud pōt habere rōne adminiſtrationis. Nō
tñ religioſus ꝓprie dici pōt: niſi pmittat aliquam
approbatā regulam: extra de relig. do. c. fi. Nec
pōt tali cōmitti adminiſtratio ſpūaliũ ſi laicus ē
Sed ſi hec pdicta facerent ſine auctoritate epi:
nec religioſi nec pſone eccleſiaſtice dicende ſũt:
di. 93. nulla. Status quarũdā mulieꝝ q̃ canoni/
ce appellant̃: nec ſũt pfeſſe: ⁊ habēt ꝓpriũ imo ⁊
matrimoniũ ɔtrahere pñt: ſm Inno. ⁊ her. ſatis
reprobatur. 18. q. 2. pnicioſā. nec ſũt cenſende re/
ligioſe niſi forte aliud oñdant. Et debent p ordi
narios viſitari auctoritate ꝓpria: vel ſi ſũt exem
pte auctoritate pape: vt in cle. de ſta. mo. c. atten
dentes circa fi. Quedā alie que dicebant̃ begbi/
ne ⁊ begbari aſſumentes certũ habitũ: nulli pro
mittentes obedientiā nec renũciantes proprijs
nec regulā hñtes: licet religioſis gbuſdā adhere
ant: q̃ etiam hñtes certos hereticos errores: ſunt
excōicate ipſe ⁊ religioſi qui fouent eas in illo be
gbinagio: de here. c. ad noſtrā in cle. nec ſub his
includant̃ veſtite de pnia beati dominici: nec ſo
rores de tertio ordine beati franciſci: quia vtra/
qꝫ regula approbata eſt.

¶ De pfeſſione expreſſa ⁊ ꝙ in ordine mendi/
cantiũ requirit̃ annus pbationis ɔtinu⁹. La. 5.

DE profeſſiōe et pri/
mo de pfeſſiōe expſſa que fit verbis ad
modũ homagij: quibus aliqs pmittit obedien/
tiā vel ɔuerſionē moꝝ ſm regulā approbatam
Et fit talis pfeſſio expreſſa in manu abbatis ſeu
alicuius plati recipientis eũ vel in manu ei⁹ quē
platus ad hoc mittit: extra de regu. c. ad apoſtoli
cam. Nota q̊ ſm Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. 188. ar. 7. ꝙ pfeſ/
ſio eſt ſolēne votũ: qȯ facit aliquē eē monachuʒ
vel religioſũ: qȯ qdem ſubdit̃ ordinationi eccle
ſie ꝓpter ſolennitatē quā hʒ annexā. Et q eccle/
ſia reſpicit illud qȯ in pluribꝰ eſt. Profeſſio añ
tps pubertatis facta: quantũcunqꝫ aliqs habeat
vſũ rōnis plenũ: vel ſit doli capax: nō hʒ ſuũ effe
ctũ: vt faciat pfitentē eſſe religioſũ: hoc ſtatutuʒ
eccleſie habet̃. 20. q. i. c. i. vbi dicit̃. firma tunc erit
pfeſſio virginitatis ex q̊ adulta iam etas eſſe ce
perit: vbi glo. dicit nō intelligas cũ ceperit attin/
gere. 14. annũ maſculus vel femina. 12. ſʒ cũ iam
eſt in fine. 14. vel. 12. Et q̃uis Ray. dixerit: ꝙ in
hoc malicia pōt ſupplere etatē: ita ꝙ etiā pubes
ſi eēt doli capax poterat pfiteri ⁊ tenebat pfeſſio
quā opi. etiā videt̃ ſequi pe. de pal. in. 4. arguēs
a ſili in matrimonio carnali: ex̃ de deſpon. impu.
. c. puberes. hoc veꝝ fuit qñ currebat por cōpila
tio decretaliũ: q hoc trahebat̃ ex vbis decreta
lis poſtulaſti ex̃ de regu. Sʒ nũc de illa decretali
pticula illa ſubtracta ē: vt dicit glo. ſũmaria. 20.
. q. i. Et hanc ſniam Tho. firmat glo. ſup cle. eos
de regu. Ubi dicit̃ ꝙ reqrit̃ etas ɔſumata. ſ. 14.
annoꝝ in viro: ⁊. 12. in muliere: nec ſufficit ꝙ pru/
dentia vel malicia ſuppleat etateʒ. ¶ Profeſſio
expreſſa in religionib⁹ mendicantiũ recipi ñ pōt
ante legitimũ tps pbationis. ſ. nouiciatus: quod
eſt tps vni⁹ anni integri: qui annus nō poteſt inci
pere ante. 14. annum completum: vnde vir ante
. 15. annũ ɔpletũ nō pōt pfiteri valide. Nec oʒ ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

addatur vna dies vt quidam dicunt: quia hoc
nuſq̄ꝫ legitur: ⁊ ſūma eſt ratio que pro religione
facit: ita dicit pe. de pal. in. 4. ⁊ ita firmat Jo. an.
ī cle. eos de regu. Si qui aūt receperit aliquem
infra annum ꝓbationis ad ꝓfeſſionem: ſuſpenſi
ſūt a receptione cuiuſcunqꝫ ad ꝓfeſſionem: ⁊ pec
cant mortaliter facientes contra p̄ceptum eccle
ſie: qđ habetur de regu. c. nō ſolum li. vi. ⁊ c. con
ſtitutionem. ⁊ debent puniri pena que ſolet infli
gi pro grauioribus culpis. Jlle vero qui ſic eſt
receptus ꝑ illam ꝓfeſſionem: non ordinatur illi
ordini in ſpecie ſed religioni in genere: ita ꝙ ad
ſeculum redire nō poteſt. Et nota ꝙ mendican
tes hic dicunt̄ tantū p̄dicatores ⁊ minores ſm̄
pe. de pal. in. 4. quibus nō habētibus poſſeſſio-
nes nec redditus ex ſua ꝓfeſſione incerta mendi
cata victum p̄bet. Unde ſecus eſt de illis ordini-
bus qui ex ſua ꝓfeſſione redditus ⁊ poſſeſſiōes
habent vel habere poſſunt: ⁊ nihilominus men
dicant. Jn talibus enī religionibus ⁊ alijs qui-
buſcunqꝫ: exceptis vt dictū eſt ordine p̄dicato-
rum ⁊ minorum: poteſt fieri ꝓfeſſio expreſſa in
fra annum ꝓbationis: que ligat illi ordini in ſpe-
cie: ⁊ per conſequens fieri poteſt poſt completū
.xiiij. Jtē nota ſm̄ pe. de pal. in. 4. di. 38. ꝙ iſtud
quod dictū eſt de ordinibus p̄dicatorum ⁊ mi-
norum nō habet locum in monialibus dictorū
ordinum: quia nō ſunt mendicantes. Et quāuis
conceſſa ſint eis omnia p̄uilegia fratrum: tamen
nō ꝓpter hoc obligantur ad iſtud: cum hoc non
ſit p̄uilegium. Et quia hoc conuenit fratribus:
vt ſint mendicantes in quo diſtinguuntur ab
eis qui habent redditus ⁊ poſſeſſiones: vnde in
fra annum ꝓbationis poſſunt expreſſe profiteri.
Profeſſio expreſſa cum mala intentione vel ex
preſſione illiciti facta aliquando tenet aliquādo
nō. Si enim ꝓfitendo intendit eſſe religioſus: ſꝫ
cum hoc intendit furari, vel fornicari vel rebel-
lare: ⁊ ideo ꝓfitetur ⁊ intendit eſſe religioſus: vt
ſic poſſit fieri ep̄us vel aliquid male facere: pro-
feſſio tenet: qꝛ intendit ſe obligare ad vota: licet
intēdat nō ſoluere qđ ꝓmiſit: tn̄ ꝯſentit in ꝓmit-
tendo. Solū aūt obligatio ad vota nō impletio
ē de eſſentia religiōis. Jtē ſi exp̄mat ī ꝓfeſſione
aliquid qđ nō ſit ꝯtriū eſſentie religiōis: puta qꝛ
de lr̄a p̄lati cuſtodiat pecuniam vel aliqđ tale:
valet ꝓfeſſio. Si vero nō ſolū nō intēdit caſte vi
uere: imo nec ītendit ſe obligare ad hoc: tūc non
eſſet ꝓfeſſus: qꝛ hec ītentio repugnat eſſentie re
ligionis: ⁊ idē eſt de alijs votis. Si vero expri-
mat aliqđ repugnare n̄ honeſtū ⁊ eſſētiale puta
ꝙ nō ītendit ſe obligare ad caſtitatē vel aliquid
tale nō valet ꝓfeſſio: ſicut nec valeret ꝓpter ſo-
lā ītentionem: ⁊ idem eſt ſi dicat: Nō ītendo ſer
uare caſtitatem ꝓmiſſā q̄ꝫtūcūqꝫ ꝓmittā. Et hec
expreſſa nocet: nō expꝛſſa nō nocet ad ſimilitudi
nē matrimonij carnalis. hec oīa pe. de pal. in. 4.
di. 26. q. 3. Sed ſicut ī mr̄imonio carnali eccleſia
iudicat ſm̄ actus exteriores nō īteriores qui ſi-
bi nō p̄nt īnoteſci. vn̄ quantūcūqꝫ quis nō ītē-
dat ꝯhere mr̄imonium: tn̄ exprimēdo v̄ba mr̄i-
monij contrahendi iudicabit illud mr̄imoniū:
⁊ coget cū illa h̄itare: Jtem in religione q̄ꝫtūcūqꝫ
nō ītendat ſe obligare votis religionis: ex q̄ ſpō-
te ꝓfitet̄ ⁊ nō proteſtat̄ aliquid ī ꝯtriū: eccleſia co
get illū ſeruare profeſſionē. ꝓſumit̄. n. ſolēnit̄ vo
uiſſe: vn̄ ſicut excōicat eum qui eſt tacite profeſ-
ſus ad hoc vt remaneat ī clauſtro: ita hūc. Guil.
dicit: ꝙ ſi exprimat̄ cōditio cōtra particularē au
ſteritatem: vt ꝙ liceat ei comedere carnes: ſi ſcit
hoc cōtineri ī regula vel cōſtitutionib⁹ quas pro
fitet̄: tenet̄: ſecus ſi neſcit id cōtineri ī eis. Profeſ
ſio facta ꝑ marem in monaſterio monialiū vel
ecōuerſo ꝑ feminā ī ꝯuentu fratꝝ: puta ſimulato
ſexu: q̄ꝫuis matheus dicat ꝙ nō teneat ꝑ textum
.c. 18. q. 1. diffinimus. tamen Franciſ. de zab. dicit
ꝙ tenet: quia licꝫ ibi eſſe non poſſit: ⁊ hoc eſt qđ
dicit. c. diffinimus. tn̄ cū moniales ꝓfiteāt̄ ſub-
ſtantialia: obligatus eſt ex tali profeſſiōe: ar. ad
hoc. 27. di. qđ īterrogaſti: vbi tenet archidi. poſt
bar. brix. ꝙ qui ſingēs ſe feminā ītrat monaſteri
um monialium vt corrūpat moniales: cōpellen
dus eſt ad monaſterium monachoꝝ: pōt ēt fieri
ꝓfeſſio expreſſa ab aliquo ſeculari h̄itu nō mu-
tato que ī alijs ordinibus nō mēdicātib⁹ obliga
bit ad illam religionē determinatē: ſed fieri non
debet niſi p̄ſentib⁹ duab⁹ partib⁹ ꝯuentus ⁊ ma-
iori parte cōſentiente: alr̄ tn̄ facta tꝫ. Sed ī ordi
nibus mendicantium non debet talis profeſſio
recipi ſm̄ pe. de pal. Jtem faciendo profeſſionē
expreſſam in religione prohibita: quāuis illi nō
obligetur: obligatur tamen religioni in genere.
Jtem ꝙ dicit Tho. ꝙ in quibuſdaꝫ locis non fit
ꝓfeſſio ante. 18. annū. ſm̄ quandā decretalem di
cit Pe. de pal. illam decretalem reuocatam per
prohemium ſexti.

## De profeſſione tacita

que fit pluribus modis. Uno modo ſi portat ꝑ
annum continuū habitum nouitioꝝ poſt. 14. an
num completum in quacūqꝫ religione: vbi non
eſt diſtinctus habitus nouitioꝝ ab habitu ꝓfeſſo
rum diſtinctione patenti: puta in ſciſſura vel co
lore: quāuis eſſet diſtinctus diſtinctione occul-
ta: vt in ordine p̄dicatorū vbi differentia eſt int̄
habitum ꝓfeſſorum ⁊ nouitioꝝ: quia habitus ꝓ
feſſorum eſt benedictus: habitus nouitioꝝ non
eſt benedictus: que diſtinctio occulta eſt. Et nō
oportet anno addere diem ſm̄ pe. de pal. niſi in
anno biſextili: ſed hoc eſt quia ille annus exce-
dit alios annos in vna die: tamen de integritate
illi⁹ āni eſt illa dies. Profeſſio autē h⁹ tacita ob-
ligat etiam illi religioni in ſpecie ſeu determina-
te: ex̄ de reg. c. eos ī cle. Et hoc ītellige niſi infra
annum facta fuerit proteſtatio in contrarium. ſ.
ꝙ ꝑ lapſū anni nō intelligat̄ eſſe profeſſus: quia
tūc nō eſſet. Sed in illis ordinibus vbi eſt di-
ſtinctus habitus nouitiorum ab habitu ꝓfeſſoꝝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſtinctione patenti.ſ. in colore: vt quia nouitij
habitum album: profeſſi nigrum vel griſeum: et
vt moniales nouitie velū albū: pfeſſe velum ni-
grū conſueuerunt portare vel ī ſciſſura vt in or
dine minoꝝ: in quo nouitij portāt cū caputijs ali
quantulum haſte: qđ nō deferūt pfeſſi: tunc quā
tocūqꝫ tempore deferat talis habitus nouitioꝝ
nō inducit pfeſſionē vt in dicta cle. Itē ī illis or
dinibꝰ: vbi eſt diſtinctio habitus nouitioꝝ ab hi
tu profeſſoꝝ: ēt ſi indiſtinctus ſit habitus eoꝝ
ab habitu alioꝝ cū eis vitam ducentium cōmu
nē: ſicut ſi eēnt canonici regulares ⁊ clerici ſecu
lares: cum eis in choro ⁊ refectorio vtentes ſup
pelliceis: delatio habitus per annū ītegrum poſt
.14. inducit pfeſſionem tacitā. Sꝫ ſi nulla ſit di
ſtictio habitus nouitioꝝ ⁊ pfeſſoꝝ ⁊ laicoꝝ cuꝫ
eis degētium: ſicut forte apud illas moniales q̄
ſe dicunt canonice regulares: tunc delatio talis
habitus ī hiꝰ religioſis p annum: nō inducit pro
feſſionē ſm pe. de pa. Itē ſuſcipiēdo habitū pro
feſſoꝝ in alijs ordinibꝰ: qꝫ mēdicātium infra an-
num ſuſcipiens ſi eſt etatis apte: vt ſi fuit ſciens ⁊
voluntarius ⁊ in illo habitu pfeſſoꝝ triduo pſe
ueret: talis obligat̄ religioni ī genere: nō āt ī ſpe
cie id eſt illi cuius habitum ſic ſuſcepit: extra de
regu. c. ꝯſtitutionem li. vi. hec etiam Io. in gloſ.
illius cle.

## De profeſſione tacita

eoꝝ qui impuberes ſunt religionē īgreſſi. Nota
ğ ꝙ ſi īpubes pr̄e vel tutore inuito vel ignorāte
ītrauit īfra vnū ānū ⁊ vnum diē inde repetere
poſſunt. 20. q. 2. puella. ⁊ reddi debet etiā inuitus
Sed ſi ab eis ſciētibꝰ infra ānū ⁊ diē nō ē extra
ctus: qꝫtū ad illos pfeſſus ē tacite: ēt īpubes exi-
ſtens: qꝛ videlꝫ ipm ad modū extrahere nō pñt
vel petere: ſed qꝫtū ad ſe nullā pfeſſionē tacitā
vel expreſſam facere pōt an̄. 14. ānum cōpletū
maſculus: vel an̄ cōpletū. 12. ſi eſt femina q̄ vale
at vt ſolēnis. Qꝫ ſi de facto fecerit tūc factus pu-
bes: ſi ratā eā hēt vel de nouo pfiteat̄: vel profeſ
ſoꝝ habitum p triduū portet: ſit pfeſſus. Itēꝫ ſi
per totum. 15. annum remaneat: vbi nō eſt diſti-
ctus habitus nouitioꝝ ab habitu pfeſſoꝝ: eſt tñ
diſtinctus ab habitu ſecularium cum eis degen
tium ſit pfeſſus tacite: hec oīa pe. de pa. in. 4. an
nus igitur pbationis eſt. 15. ſm Io. an. Et huius
rō eſt: qꝛ tēpꝰ pbationis dat̄ ad pbādū auſteri-
tatē religionis: vt extra de regu. c. ad apoſtolicā.
Inter quas eſt p̄cipua cuſtodia caſtitatis: quam
cōiter loquēdo nō eſt aptus antea pbare. ¶ In
quibuſdā locis eſt cōſuetudo ꝙ nobiles puelle ī
monaſterijs nutriunt̄ multis annis: ⁊ vtunt̄ ve-
ſtibus nouitiaꝝ: nō ē tñ ītētio pfiteri: nec pbant:
ſed poſtqꝫ fuerint bñ īſtructe eas maritare: ⁊ hec
ꝯſuetudo eſt ꝙ nō ītēdunt pfiteri. ſꝫ ꝯhere ſicut
olim ī tēplo nutriebant̄ puelle virgines vſqꝫ ad
annos nubiles: vbi ēt eēt conſuetudo: ꝙ paſſim
nūc iſte maritant̄ nūc iſte pfitēt̄: lapſus tpis nū

qꝫ eas obligat. Sed vbi nulla īduit̄ niſi aīo pbā
di ⁊ pfitēdi ſi poſſit ſuſtinere ⁊ alias placeat: ⁊ ī
recipiēdo hoc ipm ei dr̄ in capitulo: ⁊ ſic recepta
ſi ſtat p annū ītegrum: reputat̄ vere profeſſa: ⁊ ſi
nūqꝫ ꝯſenſit: nihilominꝰ vi ſtatuti eccleſie ē liga
ta. Et ſimiliter q̄ ītrat aīo remanēdi ⁊ ppetuo dō
famulādi: ⁊ ſi nō ſit ligata vi voti: qꝛ n̄ pmiſit ſꝫ
ſolū pponuit: ⁊ tñ ligata vi ſtatuti in religiōe aliq̄
viuere: vt ex̄ de regu. c. ꝯſulti. Et ꝙ hoc n̄ ſit vo
ti apparet qꝛ votū eſt pmiſſio: nō ppoſitum tm̄
vel ītētio: ⁊ q hꝫ ppoſitū ī iſta r̄manēdi ſi vi ppo
ſiti r̄manēt: ī iſta remanēt nec ad laxiorē trāſire
licēt. hec oīa pe. ī. 4. di. 38. ar. 3. q. i. ad. 5. Profeſ-
ſus tacite ſm Tho. in. 4. di. 38. q. i. tenet in oī ca
ſu ad tria vota religionis pncipalia: ſed ad alias
obſeruantias quarū tranſgreſſio ex diſſimulati
one prelatoꝝ inducit̄: qui dū videntes nō cor-
rigunt indulgere videtur: non obligat̄ p̄cipue ſi
ſit ſimplex: qui talia diſcernere ſufficient̄ neſciat
Idē Alber. Ad pfeſſionem aūt tacitā p deporta
tionē habitus annualē: inducendā vel ad pfeſ-
ſionem expreſſe faciendā in ordine mendican-
tium: oportet ꝙ annus pbationis ſit continuus.
Nam ſi ſtetiſſet qs in religione per ſex menſes ⁊
poſtmodū egrederet̄: reuerſus ad religionē ipſā
in capite ſex alioꝝ menſiū non dicetur pfeſſus
tacite: nec in ordine mendicantiū poterit recipi
tunc ad pfeſſionem ſed in capite vnius anni in-
tegri continui. Ita tenet Io. de lig. extra de reg.
.c. ad apoſtolicā. ⁊ pe. de ancha. ſuper. c. is qui de
regu. li. vi. ⁊ Bar. ff. de publica. l. fi. ⁊ Bonecor-
ſius filius Io. an. in queſtione diſputata p eum.
Et ratio eſt ſm eos: quia iura ſtatuerunt annum
ppter hoc ad pbandum auſteritates religionis:
vt extra de regu. c. ad apoſtolicā. ſed regularis
auſteritas p ſui maxima parte in continuatione
cōſiſtit. Nā aliquis poſſit faciliter ieiunare vna
die vel menſe qui non poterit continuare. Et iō
ad verā pbationē continuatio requirit̄: puta qñ
iura loquunt̄ de annuali ſpacio: de continuo in-
telligendū eſt vt notat Io. an. de elec. c. i. li. vi. et
eſt tex. clementine cupientes. ⁊ ad hoc facit. ff. d
his qui no. infa. l. genero. Nec eſt contrariū qđ
notauit ſpeculator in rub de ſta. regu. Nam er-
rore ſcriptoris de manu eius fuit mutatū. Caſus
autem ſpeculatoris eſt quando quis integro an
no probationis in monaſterio ſtetit: ⁊ anteqꝫ fa-
ceret profeſſionem exiuit ⁊ poſtea redijt: vtrum
pbationis annus ſit ei de nouo concedendꝰ: ⁊ ſꝫ
tenet ꝙ non: qui caſus eſt diſſimilis a noſtro. Et
ꝙ ſpeculator talem caſum poſuerit: patet qꝛ di-
cit ipſe hanc eſſe queſtionē. Bar. brix. in queſtio
ne venerabili: cum tamen Bar. nihil ibi dicat d
noſtro caſu. Sed de predicto ſecundo quia pro
bat ſolutionem ſuam per. c. fraternitatis. diſtin-
ctione. 34. quod. c. de caſu noſtro nihil dicit
Io. an. tamen ſup cle. eos qui de regu. tenet con
trarium cum matheo ⁊ archidia. hi dicunt nō cō
dandum annum integrum pbatiōis ſed compu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tandum tempus:quo prius ſtetit in religione in
nouiciatu. Et hoc niſi religionis conditio ſit mu
tata vel monaſterium:vel niſi defectus pſone in
teruenerit: ꝓpter qḋ timeat ſe nō poſſe pati au/
ſteritates:tunc enim dabit̃ ei modica dilatio ad
ꝓbandum ſm Bar.brix.archi.ſup.c.non ſolum
de regu.li.vi. In antiquis rote deciſionibus idē
dicitur.prima tamen opinio tutioꝛ videtur ⁊ ra/
tionabilioꝛ. Jo.an.de reg.iur.li.vi.ſup regula cū
qui certus eſt in fi.dicit: ꝙ is qui ingreſſus eſt re
ligionem ⁊ in fi.anni exiuit ſi iterū ⁊ de nouo eā
dem religionem ingrediat̃:an debeat habere an
num.ſ. iterum ⁊ de nouo ad ꝓbationem. Satis
videtur ꝙ nō p iſtam regulam.ſ.eum qui certus
eſt certioꝛari vlterius nō opoꝛtet. Et hoc niſi cō
ditio pſone vel religionis ſit mutata.

## De fructu ſeu vtilitate

ꝓfeſſionis:dicit Tho.2ª2ᵉ.ꝙ rationabiliter dici
poteſt ꝙ per ingreſſuꝫ religionis cōſequitur qs
remiſſionem omniū peccatoꝛum:ſicut p aſſum/
ptionem crucis. Si enim aliquibus elemoſynis
factis homo poteſt ſtatim ſatiſfacere ḋ peccatis
ſuis ſm illud daniel̃.5. Peccata tua elemoſynis
redime:multo magis in ſatiſfactione ꝓ peccatis
ſuis ſufficit ꝙ aliquis totaliter ſe diuinis obſe/
quijs mancipet p religionis ingreſſum:qḋ exce
dit omne genus ſatiſfactionis: etiā publice pnīe
vt habet̃.33.q.2.admonere.vnde in vitis patruꝫ
legitur ꝙ eandem gratiā ↄſequunt̃ religionē in/
gredientes quā ⁊ baptizati. Si tn̄ nō abſoluerē
tur ab oī pene reatu p ingreſſū religionis:tn̄ vti
lioꝛ eſt ipſe ingreſſus religiōis ꝙ̃ pegrinatio ter/
re ſancte q̃tū ad ꝓmotionē in bonū qḋ ꝑponde
rat abſolutioni a pena:hec tho. Pe.de pal̃.intel
ligit p hunc ingreſſū ipſā ꝓfeſſionē:qꝛ tūc totalit̃
ſe tradit p votuꝫ ⁊ irreuocabiliter. Qui pe.i.4.
di.4.q.5.ſic dicit. Pōt ꝓbabilit̃ ſic diſtingui. Si
cut obligatus ex delicto cedēdo bonis nil lucra
tur vt carcerem euadat: ſꝫ qḋ nō pōt ſoluere ere
luit in coꝛpoꝛe: ⁊ exigitur vſq͵ ad nouiſſimū q̄/
drantē:ſꝫ obligatus ex ↄtractu vel quaſi ceden/
do bonis euadit carcerē:⁊ ne poſtea ↄueniat̃ vl
tra ꝙ̃ facere poſſit:deducto ne egeat:cū.ſ.poſtea
venerit ad pinguioꝛem foꝛtunaꝫ.C.q bo.ce.po.
.l.i. Sic religionē ꝓfitens cedit omnibus bonis
ſuis de quibus ſatiſfacere qs poteſt ꝓ peccatis.ſ.
exterioꝛibus p paupṫatē:coꝛpoꝛalibus p caſtita/
tem ad quā ſeruandā ſūt inſtituta ieiunia: ⁊ alie
auſteritates: ⁊ interioꝛibus p obedientiam. Vn̄
pfitentes ſi nō ſūt contriti ⁊ ↄfeſſi ex delicto ob
ligati:⁊ ſic moꝛientes tradunt̃ exactoꝛi mitten/
di in carcerem inferni:donec totum reddant:qḋ
nunq͵̃ erit. Si autem ſunt contriti ⁊ confeſſi re/
mittitur eis omnis pena ꝓ tali ceſſione bonoꝛū
Et ſic poſſunt intelligi alique viſiones que hoc
ſonant:vt in vita patrū ⁊ in legenda beati anto/
nij. Et anſelmus in li.ḋ ſimilitudinibus circa fi.
hoc tamen eſt ſub hac ↄditione vel modo vt ſi
ſupuiuant: quod eſt ꝑuenire ad pinguioꝛē foꝛ/
tunaꝫ:ſatiſfaciant. Quod ſi fecerint bene quideꝫ
Si aūt nō ſatiſfaciūt ſed ſūt negligentes:in carce
re purgatoꝛij ſatiſfacient: ⁊ ſic intelligi pn̄t que/
dam alie viſiones:de quibus religioſi qui moꝛ/
tui ſunt reuelauerūt ſe eſſe in purgatoꝛio etiam
ꝓ peccatis in ſeculo factis. Sꝫ ſi ante negligen/
tiam moꝛiant̃: quia in iudicio confeſſionis qua
ſi contrahit̃: ex ceſſione illa quaſi gratia dei oīa
gratis condonat iuxta etiā quaſdā viſiones. Ad
hoc etiā facit quod dicit̃ in autl. de monachis.ſ.
ꝙ monachatus omnē maculam abſtergit.

¶ Profeſſio in religione appꝛobata liberat ꝓfi
tentē ab omni voto ſimplici ſiue ſit realiter ſiue
pſonaliter ſeu mixtum:quia ſi etiā vouiſſet artio
rem religionem ꝓfitendo latioꝛē liberat̃:de reg.
.c.penulti.li.vi. Sed ſi erat votum realiter ⁊ il/
lud erat certe eccleſie vel alteri religioni factum
tenetur monaſteriū illud implere quantū ſuffici
unt bona illius ꝓfeſſi. Sed ſi vouerat dare ec/
cleſie abſolute vel pauperibus impleuit votum
ꝓfitendo: quia tunc dat ſe ⁊ ſua: ꝓbatur hec cō
cluſio extra de votis.c.ſcripture. Secus de voto
ſolenni vl̃ ſacri oꝛdinis:qꝛ ad illud remanet ob
ligatus ꝓfitens vt ſic duplici voto reus habeat̃:
ſi frangat caſtitatem vel etiā ep̄atū: quia ſi ep̄us
ꝓfiteatur ſine licentia pape nō liberat̃:de renūc.
.c.niſi cū pꝛidem. Item obligatus voto ſolenni
artioꝛi religioni vel etiā equali ſine lnīa petita ⁊
obtenta:nō liberat̃ aliam ꝓfitens a pꝛima: ſꝫ qn̄
de licentia pꝛelati pꝛime ꝓfitetur latioꝛem libe/
ratur a pꝛima. Et nota ꝙ nō eſt neceſſaria rata/
tio vel diſpenſatio a votis ⁊ miſſis: quia p ꝓfeſ/
ſionem intelligunt̃ omnia implere. Item p pꝛo/
feſſionem liberatur ab omni debito humano pe
cuniario ex delicto vel quaſi ex ↄtractu: tenetur
tn̄ monaſterium creditoꝛibus quantū bona eiꝰ
valent ſeu ſufficiūt. Sed ſi teneret̃ ad reſtitutio
nem incertam cū illa debeantur pauperibus:qꝛ
bona eccleſiaꝝ ſūt bona pauperū:videtur mo/
naſterium nō teneri ad reſtitutionē vlterius fa/
ciendam. Et hoc quando de ſuo ⁊ noīe ſuo tene
batur ad reſtitutionem incertā: ſecus ſi nomine
alieno. Item p ꝓfeſſionē liberatur a pena:pecca
to debita in foꝛo dei p hoc ꝙ fit ſeruus dei: non
enī eſt neceſſaria certa delicti ſatiſfactio qui to/
inſolidū ꝓpter dolū:ſʒ ſi nō vidit nec ꝓhibere po
tuit:nō videt etiā ſi monachus abſtuliſſet: qꝛ n̄
obligat ex eius maleficio:vt dictū eſt. Itē dicit
Jo.in glo.12.q.1.non dicatis.ꝙ monachus agere
nō pōt nec cōueniri rōne cōtractus:ſicut ille qui
ceſſit bonis:⁊ de hoc notat in glo.11.q.1.de pſo/
na. Item agere nō pōt de iniuria ſibi illata:ſed
tn̄ eius platus agere pōt:niſi platus abſit: vł niſi
reliqrit ꝓcuratorē ad inſtar filijfamilias.ff.de in
iurijs.l. ſed ſi vnus. hn̄t tn̄ monachi ius eligēdi
⁊ ius accuſandi ſuū abbatem ſine licentia eius:
qꝛ hoc eis a iure conceditur.

## Monachus factus re

ctor eccleſie ſecularis ſm hoſtiē.ſi talis eccleſia
pleno iure ſpectat ad monachos:ꝑfectus mona/
chus remanet in ea ſubiectus abbati: ⁊ ſeruabit
oīa vt ꝓus ꝑter tria.ſ.ieiuniuʒ ſilentiū ⁊ vigilias
que cōmode ſeruari non pn̄t in eccleſia ſeculari:
ar.16.q.1.nemo pōt eccleſiaſticis obſequijs deſ/
uire ⁊ in monachoꝝ regula ordinate ꝑſiſtere: vt
ipſe diſtinctionē monaſterij teneat.ait greg⁹. Si
eccleſia nō ſpectat ad monachos ſʒ ad epm̄:tunc
monachus inſtitut⁹ a trib⁹ ſubſtātialib⁹ nō abſol
uit ſimpliciter:nā ⁊ continentiā ſeruare tenet:et
ſi ab obediētia abbatis abſoluit:tn̄ impio epi ſu
bijcitur:qui de cetero erit abbas ſuus:⁊ tpalia di
ſpenſabit rōne cōmiſſe adminiſtrationis. Et ſi
hʒ ſociū nō excuſat ab eſu carniuʒ:de regu.c.qō
dei timorē.⁊ hoc niſi ſit infirmus:de conſe.di.5.
carnē.vel niſi impante epo qui abbas ſuus eſt.
Si aūt ſociū nō hʒ:cōformare ſe pōt cū his cum
quib⁹ viuit:ar.di.41.quiſqs. in oī tn̄ caſu habitū
deferre dʒ: nec pōt dimittere temerarie: al's eēt
excōicat⁹ vt dictū eſt.s̄. in ꝓmo.§.h⁹.c. Et dicit
Inno.ꝙ talis rector fact⁹ nō dʒ eē ſine ſocio mo
nacho:qō intelligit ſi cōmode fieri pōt:de regu.
qō dei timorē:⁊ hoc vtiqʒ meli⁹ ⁊ tuti⁹: ſʒ ſi non
pōt cōmode tūc nō tenet habere ſociū.hoſti.,

De platis religioſoꝝ abbate abbatiſſa: ⁊ quō
debeant inſtrui nouitij. Ca.vi.

## DE prelatis religio/

ſoꝝ. Nota ꝙ n̄ ꝑ epm̄ ſʒ ꝑ monachoſ dʒ
abbas ſeu plat⁹ inſtitui ordinarie: vt dr̄.18.q.2.ꝑ
totū.niſi in ſuis cōſtitutionib⁹ aliud caueat. Uñ
greg⁹. abbatē cuilibʒ monaſterio nō aliū ſʒ quē
dignū morib⁹ ⁊ actibus monaſtice diſcipline cōi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯſenſu ꝯgregatio ꝑpoſcerit ordinari volumus
Monaſteria tñ ⁊ monachoꝝ diſciplina ptinent
ad epm in cuiꝰ territorio ſũt: vt dr̃.18.q.2.ad ipſũ
enĩ ptinet cura oĩs dyoceſis.9.q.3.c.2. Et hoc eſt
verũ niſi ſint exẽpti vel in hoc ꝑuilegiati: vt ſũt
mendicãtes ⁊ multe alie religiones monachoꝝ
⁊ alij: q2 tũc de his in qbus ſũt ꝑuilegiati nõ hñt
ſe intromittẽ. Qui enĩ nõ ſũt exempti pñt ab epo
a dignitate abbatie deponi: ſi non bñ ſe hñt. Uñ
.16.q.2.dr̃ ſi qs abbas cautꝰ in regimine humilis
caſtus miſericors diſcretus ſobriuſqꝫ nõ fuerit:
ac diuina ꝑcepta verbis ⁊ exemplis nõ oñderit:
ab epo in cuiꝰ territorio ꝯſiſtit a ſuo arceat ho/
nore: etiã ſi oĩs ꝯgregatio religionis vicijs ſuis
ꝯſentiẽs abbatẽ eũ hr̃e voluerit. Et in ſequẽti.c.
dicit abbates ꝓ humilitate in epoꝝ poteſtate cõ
ſiſtant. Et ſi qd extra regulã fecerit: ab epis cor/
rigant. Si aũt epus voluerit monachũ inſtituẽ
in eccleſia ſeculari ⁊ abbas nolit: monachꝰ obe/
diet potiꝰ abbati qꝫ epo.16.q.1.c.ũ ꝓ vtilitate. Si
tñ eccleſie vtilitas hoc exigit: cogendus ẽ abbas
ꝑ ſuũ ſupiorẽ vt ꝯſentiat. Item ſi monachꝰ ve/
lit ꝯfiteri epo vel pniario eius: nõ põt abbas ꝓ/
hibere: cũ epus ſit ordinariꝰ omniũ ſue dyoceſis
⁊ hoc niſi eſſent exẽpti: vel ꝯ̃riũ ſit in eoꝝ ꝯſtitu
tionibus cõfirmatis a papa: vel hoc habeant ex
ꝑuilegio. Abbas in collatione alicuiꝰ ꝑoratus nõ
põt aliqđ onus nouũ imponere: de ſup.neg.pla.
q2 regulares in cle. Abbas ⁊ qlibet ꝑlatus ꝯuẽ/
tualis requirẽ dꝫ monachos fugitiuos ⁊ ad clau
ſtrũ reducere ſalua ordinis diſciplina: de regu.c.
ne vagãdi. Quos ordines poſſit abbas ꝯferre ⁊
quõ habes.s. Abbas vnus nõ põt ꝑſidere ĩ di/
uerſis monaſterijs: de reli.do.c.ſi. Itẽ nulli mo/
nachi vel religioſi pñt ꝑeſſe pluribꝰ prioratibus
vl̃ pluribus eccleſijs hñtibus curã animaꝝ: etiã
ſi eadẽ cura nõ ꝑ ipſos: ſꝫ ꝑ preſbyteros ad eoꝝ
ꝑſentationẽ inſtitutos ꝑ epos habeat exerceri:
niſi auctoritate ſedis aplice: vel ſi vna ex eis ab
alia dependeat: vel ſi ſint annexe adinuicem. Et
quicũqꝫ talẽ prioratũ vel eccleſiã obtinẽs ſuſce/
perit aliud: ꝑmo ꝑuatus eſt ipſo iure: ⁊ ſtatim te/
neť dimittere: vt ꝑ eũ ad quẽ ſpectat libere con/
ferať: ⁊ niſi dimittat: ſit ineligibilis: ⁊ debet peni
tus repelli ab vtroqꝫ: extra de ꝑben.cum ſingula
li.vi. Itẽ prioratus eccleſie aut adminiſtratiões
ſeu officia vniꝰ monaſterij ꝯſueta ꝑ eiuſdẽ mona
chos gubernari nõ debẽt cõmitti monachis al/
terius monaſterij ſine lnĩa pape. Et ꝯtra hoc or
dinantes ſũt ꝑuati poteſtate ꝓuidendi de ipſis:
⁊ recipientes ſũt ineligibiles ipſo iure: de ꝑben.
.c.cum ſingula li.vi.

## De abbate ſeu quocũ

qꝫ noĩe ꝑlato dat doctrinã augꝰ. ⁊ Benedictꝰ in
regula. Dicit enim augꝰ. ſeipſũ bonoꝝ operũ pre
beat exemplũ: corripiat inquietos: ꝯſoleť puſil/
lanimes: ſuſcipiat infirmos: patiẽs ſit ad oẽs: di/
ſciplinã libens habeat: metuendꝰ imponat: ⁊ tñ
magis amari a ſubditis appetat qꝫ timeri. Que
oĩa pulchre ⁊ diffuſe Umbertꝰ declarat in expo
ſitione regule. Nã cũ ꝑmo habeãt ꝑlati deo red
dere rõnẽ de ſubditis: ſm illud ad heb.vltimo.
ipſi ꝑuigilant qſi rationẽ reddituri ꝓ animabus
veſtris: ⁊ anime ſint ꝑcioſe: ⁊ deo care xp̃i ſangui
ne redempte: ⁊ tam facile ⁊ multipliciť pereant:
ideo multũ hñt timere in reddenda ratione: ⁊ iđ
augꝰ. Quãto in loco ſupiori tanto in ꝑiculo ma/
iori verſať. Gregꝰ. In mor. miſericors deus quẽ
tenere diligit: ab exterioribus ꝑlationis occu/
pationibꝰ abſcondit: tñ impoſitũ onus a ſupiori
ꝑtinaciter recuſare nõ debet: ne diuine ordinati/
oni videať reſiſtere: ſꝫ inuigilet ad curã. Et ꝑmo
dando bonũ exemplũ ſm illud xp̃i. Jo.13. Exẽ/
plũ meũ dedi vobis: vt quẽadmodum ego feci
oĩa.ſ.dei placita implẽdo ⁊ vos faciatis. Poſiti
enĩ ſũt ꝑlati: vt ſignum ad quod ſubditi ſagittas
operũ ſuoꝝ debent dirigere. Uñ ſm grego. Tot
mortibus digni ſũt quot exempla ꝑditionis ad
ſubditos tranſmittũt. Nec etiã exempla ſuffici
ant: ſꝫ corripiant inquietos. Inquieti dicunť qui
ocioſitate vel curioſitate deuicti ſecũ ꝯſiſtere ñ
pñt: modo intus modo extra modo cũ fratribꝰ
modo cũ extraneis ſine cã hinc inde vagantur.
Uiciũ aũt eſt aliqđ corrigendũ: vel q2 ẽ manife
ſtũ: vel q2 cõturbat alios: vel q2 diſſimulatione
nullũ vel leuiꝰ reputať: ⁊ q2 inquietudo oĩa iſta
facit iđ corrigẽda: ⁊ ſi hoc viciũ qđ paruũ mul/
tis videť eſt corrigendũ: multo magis grauiora
alꝭ ꝑlato ĩputať: di.86. inferioꝝ. Cõſolare dꝫ pu
ſillanimes: puſillanimitas ex animi ꝑuitate ꝓce
dit: dũ.ſ. quis timet eſſe peccatũ vbi nõ ẽ: vel ibi
eẽ ꝑiculũ vel nimis arduũ: ⁊ qſi ĩpoſſibile: qđ ñ
ẽ ⁊ hꝰ. Iſti ğ ꝯſolandi ſũt verbis ⁊ exẽplis ſan/
ctoꝝ: xp̃s. luc.12. Nolite timere puſillanimꝰ grex
q2 cõplacuit patri meo dare vobis regnũ: dꝫ etiã
ſuſcipere ĩfirmos. Sꝫ ſm Umbertũ ẽ multiplex
infirmitas: vt corpalis languor: debilitas cõple
xionis. Primũ dꝫ ſuſcipe ĩ ꝓcurãdo remedia
Secũdũ in diſpẽſando ĩ ieiunijs ⁊ hꝰ. Eſt
tertia infirmitas carnis.ſ. lubricũ cũ eſt occultũ:
⁊ hũc dꝫ ſuſcipere occulte admonẽdo: nec ipſum
repellere dꝫ ne vitet cõfeſſionẽ. Eſt ⁊ quarta
infirmitas morũ ſeu paſſionũ: vt ſũt iracũdi im
petuoſi ⁊ qruloſi: ⁊ hi ſuſcipiẽdi ſũt aĩando eos
ad bonũ inť brachia patiẽ: dant enĩ ꝑlato ⁊ alijs
cãm exercitij ⁊ meriti. Tñ ⁊ corrigẽdi ſũt aliqñ
cũ alios offendũt. Eſt aũt infirmitas inſtabilita/
tis: ⁊ hi ſuſcipiẽdi ſũt cõfortando eos ad ꝑſeue/
randũ. Eſt etiaꝫ infirmitas dubij de fide vel de
ſcrupulo cõſcie: ⁊ hi ſuſcipiẽdi ſũt animãdo eos
ad bonũ. Eſt etiã infirmitas impfectionis: ⁊ his
cõpatiendũ ẽ: nec cogẽdi ſũt ad aliqd vltra ſtatũ
ſuũ: ſꝫ exhortandi ad vtiliora: qđ etiã dicit Be/
nedictus in regula. Debet ⁊ patiẽs vti ad oẽs qui/
uis ſint in loco ſupiori: ⁊ habeãt onus regiminis
⁊ ſit diſtractꝰ in multis occupationibꝰ: q oĩa ꝑbẽt
ſibi occaſionẽ ĩpatiẽtie: tñ q2 multa inde ſequiť:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ in iuſticia eum impedit:ab ea ſemꝑ dꝫ cauere.
Hieronymus. Irã vince patientia ⁊c̃. de ꝯſe.di.
.5.c.nunꝙ̃.nõ tñ dimittat correctiones:ſꝫ cũ pa
tienti ⁊ tranquillo aĩo faciat ⁊ clementia. Unde
⁊ rex apũ dicit nõ habere aculeũ ad pungendũ:
ſꝫ ad inſinuãdũ ꝫm Sen̄. ꝙ rector dꝫ vti clemẽ
tia nõ vindicatione:niſi ꝓ bono cõi ꝓut expedit.
Debet etiã imponere diſciplinã.i.regule obſ
uantiã facere obſeruari. In ꝗbus oĩbus primus
dꝫ eſſe:⁊ vt dicit Bñdictus in regula dꝫ cogita
re abbas ꝙ de ſingulis in ꝗbus diſpẽſat hꝫ deo
reddere ratiõe:⁊ videat ne ſine cã rõnabili diſ
penſet:alꝯ diſſipatio erit ⁊ peccatũ. Debꝫ etiam
facere ſe timeri ne cõtẽnat auctoritas eiꝯ. Caue
at aũt dicit Bñdictus ne ſit nimis ſuſpicioſus:
qꝛ ſic nunꝙ̃ bñ ſibi erit:nec ꝗes ſubditis. Debet
tñ diligent̃ inuigilare ⁊ occaſiones maloꝝ tollẽ
Magis aũt dꝫ querẽ ſe diligi ꝙ̃ timeri:qd̃ indu
cit ꝑcipue humilitas. Uñ beatus Franciſcus ĩ re
gula ſpecialit̃ ꝓlatos ad humilitatẽ hortat̃.

## De abbatiſſa. Hec nec

aquã bñdicere nec cõfeſſiones audire nec pñias
ſacrales imponẽ põt nec aliquẽ actũ ſacralẽ ex
ercere:vt de pe.⁊ remiſ.c.noua. Itẽ nec ipſa nec
aliq̃ ſcia ꝑdicare põt vel publice docẽ:põt tñ ſu
as ſubditas exhortari ⁊ informare:nec põt ordi
nẽ ſuſcipe:nec ſup ſpũalibꝰ iudicare. Itẽ nec ex
cõicare põt nec ab excõicatione abſoluẽ:de ma.
⁊ obe.dilecta. Sꝫ addit guil. Credo ꝙ poſſit ꝑ
cipere ſuis pſbyteris ꝙ excõicent. ꝓmaxime dꝫ
eã hr̃e curã de clauſura monaſterij:⁊ ꝙ die no
ctuꝗ̃ clauſũ ſit ⁊ claues teneat ipſa ſecũ nec in
differenter alicui det:niſi prudenti ⁊ ꝯſciate:cũ aliq̃
monialis vocat̃ ad locutoriũ vel cum ea vadat
vel alꝯ mittat maturas ⁊ honeſtas. Nõ ꝑmittat
ingreſſũ ẽt mulieꝝ ꝯſanguineaꝝ ſine cã neceſſa
ria:faciat euitare oẽm familiaritatẽ monialiũ cũ
ꝗbuſcũꝗ̃:⁊ ipſa ſit ꝓma. Procuret eis de ſacris
pluries in ãno ſumẽdis.ſ.ꝯfeſſionis ⁊ cõionis et
auditionis miſſe diebꝰ feſtis:⁊ ꝑcipue attẽdat ꝙ
ꝗrat ꝯfeſſorẽ q ſit timẽs deũ:⁊ intelligat neceſ
ſaria religioni:vt faciat eis ꝯſciam de ſubſtantia
libꝰ religionis:nec tñ domeſticꝰ alicui fiat:atten
dat ꝙ viuãt ĩ cõi ⁊ de vna burſa:ita ꝙ oĩa lucra
in cõi habeant̃:ad abſtinentiã ẽt ab eſu carnium
lineis ⁊ culcitris ⁊ ad ieiunia inducat ꝙ̃tũ põt:
ſi ſũt ſub regula q̃ ad iſta obliget:ſilr̃ de ſilẽtio:
Teneat frequent̃ capl̃m de culpis ſel̃ ad minꝰ ĩ
hebdomada:in q̃ exhortet̃ moniales ad obſer
uantiã religionis ſue. Reꝑhendat ⁊ puniat defe
ctuoſas plꝰ ⁊ minꝰ ꝫm defectũ ⁊ q̃litatem ꝑſone.
Nõ faciat diſpenſationẽ ꝯ regulã ſine magna cã
Prouidẽ faciat diligent̃ infirmiſ:ſꝫ multo magis
nouitijs de bona mgr̃a. Caueat a pactionibꝰ ĩ re
ceptionibꝰ alicuiꝰ ad habitũ:qꝛ ſimoniacũ ẽ:ſoli
citari faciat ad officiũ:⁊ ipſa ſit prima:⁊ vt dicat̃
debito mõ ⁊ ſine locutionibꝰ vanis:exinde ĩ ex
ercitijs ne ſint ocioſe:honeſtis tñ ⁊ nõ vanis re
bus:lectiones libroꝝ deuotas ⁊ ſingulares faci
at eis legere:⁊ in omnibus ſit vigilans.

## De monialibus. Nota

ꝓmo ꝙ in monaſterio monialiũ nõ mendicãtiũ
nõ debẽt recipi:niſi q̃ ꝑñt de ꝓuentibꝰ monaſte
rij abſꝗ̃ penuria ſuſtentari:alꝯ nulla ẽ receptio.
Itẽ nulli inhoneſte vel ẽt honeſte ꝑſone dꝫ pa
tere acceſſus vel ingreſſus ad moniales:niſi ex
rõnabili ⁊ honeſta cã:⁊ de illiꝰ ad quẽ ſpectat li
cẽtia ſpãli.ꝓlatis ꝑcipit̃:vt in oĩbus monaſterijs
monialiũ etiã exẽptis vt ꝓuideãt de clauſura ad
expenſas monaſterij vel de elemoſynis fideliũ.
Et idẽ ꝑcipit̃ abbatibꝰ ⁊ alijs inferioribꝰ ꝓlatis
q̃ ad monaſteria ſibi ſubiecta. Itẽ moniales de
bẽt manere ſub ꝑpetua monaſterij clauſura:niſi
ꝓ tanto vel tali morbo ꝙ nõ poſſet abſꝗ̃ graui
ꝑiculo vel ſcandalo morari. Et qñ abbatiſſa vl̃
prioriſſa dꝫ alicui tꝑali dño alicuius feudi occa
ſione homagiũ facere vel ꝑſtare fidelitatẽ iura
mẽti:nõ poſſet facere apud ipſũ ꝙ ꝑ ꝓcuratorẽ
ꝑſtet:poterit exire cũ honeſtate ⁊ decẽti ſocieta
te:⁊ ꝑſtito iuramento eodeꝫ veſtigio reuerti dꝫ:
ita ꝙ in fraudem reſidẽtie nil fiat. Dñi tꝑales nõ
debent abbatiſſas prioriſſas ⁊ alias moniales
hñtes officia monaſterij ꝑmittere litigare coraꝫ
eis:ne oporteat eas euagari ꝓ ſtatuẽdis ꝓcura
toribus:⁊ ipſi dñi ſi ꝯ fecerĩt:ꝑ ſuos ordinarios
cõpellant̃. Ep̃is ⁊ alijs ꝓlatis iniũgit̃ ꝙ negocia
⁊ cãs monialiũ dictaꝝ faciãt corã eis fieri ⁊ tra
ctari ꝑ ꝓcuratorẽ eaꝝ:ſiue etiã ſint homagia ſi
ue fidelitates ſiue iuramenta:vel quicq̃d aliud:
hec oĩa a ꝓncipio.§.ſũt extra de ſta.mo.ꝑiculo
ſa li.vi. Monaſteria q̃ꝫ monialiũ etiã ſi ſint exẽ
pta:debent ſingulis annis ꝑ ordinarios viſitari:
vt de ſta.mo.c.attendẽtes in cle.vel alius eo ſci
ente vel ratũ hñte. Monaſteria q̃ꝫ puellaꝝ lõge
a monaſterijs monachoꝝ:aut ꝓpter inſidias dia
boli:aut ꝓpter oblocutiones hoĩuꝫ collocent̃:ſi
cut habet̃.18.q.2.c.in decima. dicit̃ tũc ſalubria
xp̃o dicatis virginibus ꝓhemus:qñ eis ſpũales
patres eligimꝰ:quoꝝ nõ ſolũ gubernaculis tueri
ſꝫ etiã doctrinis edificari poſſint:ea circa mona
chos cautela ſuata:vt remoti a familiaritate ea
rũ nec vſꝗ̃ ad veſtibulũ accedẽdi habeãt fami
liare ꝑmiſſũ:⁊ ea.q.c.diffinimꝰ dr̃:ſi aliquã ſuam
ꝓpinquam monachus videre voluerit:in pñtia
abbatiſſe huic ꝯfabulet̃.i.colloq̃t̃ modica ⁊ cõ
pendioſa verba:⁊ in breui ab ea diſcedat. Femi
ne etiã quantũcũꝗ̃ deo ſacrate vt moniales va
ſa ⁊ pallas ſacras aut veſtes:quibus domino mi
niſtrat̃:contingere nõ debent:vel incenſuꝫ circa
altare deferre:di.23.ſacratas.⁊ de conſe.di.i.c.ve
ſtimẽta. Et ꝙ̃tum ad corꝑalia q̃ aliquãdo dicũt̃
palle:hoc vtiꝗ̃ ſeruandũ eſt:⁊ ſeruat̃ cõiter:qꝛ
ꝑ ordinatos ĩ ſacris lauãde ſunt:⁊ ẽt extercoria
calicũ. Qꝛtũ aũt ad alias pallas altaris:q̃ etiam
dicũt̃ toballie:⁊ veſtes ſacraſ:vt calices planetaſ
doſſalia ⁊ hꝰ:nõ videt̃ illicitũ eas tangere ⁊ re

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſarciri ⁊ lauare:ſicut cōiter ſeruat̄ ex cōſuetudīe

## De forma inſtructio/

nis nouitioꝝ. Hanc formaꝫ pulchre tradit dn̄s
Jo.do.cardinalis ordinis p̄dica.in li.de poſſeſ/
ſionib⁹ ex his q̄ xp̄s egit erga diſcipulos ſuos:cū
fuerūt cū eo vt nouitij. Et ponit.iz.regulas circa
hoc qualit̄.ſ.recipiēdi ſūt nouitij ⁊ quō imbuēdi
oñdit multimode. ¶ Primo enim recepit eos a
cura ſeculi ⁊ ſuoꝝ diuiſos: ſicut pꝫ math.4.luc.
.4. Jo.z.optīe eis patefacta vite artitudine quā
tenebat:ſicut pꝫ ex illa voce ad andream veni ⁊
vide. ¶ z°obtentu p̄mij celeſtis ad amorē regu
le inflāmauit ab alijs ſemotus ⁊ ī monte poſitus
gete dicere cepit. Beati paupes ſpū ⁊c̄. In qb⁹
octo beatitudinib⁹ oīs auſteritas religionis ꝯſi/
ſtit:ſicut pꝫ ꝯſideranti: ibi enim pauptas in p̄ma
obediētia:hūilitas in ſecūda:oratio ⁊ planct⁹ ſui
⁊ alioꝝ criminū in tertia: in quarta ſolētia obſe/
quiorū circa infirmos hoſpites ⁊ ſanos ⁊ hi⁹: in
quinta ieiunioꝝ ⁊ famis ⁊ ſitis ꝓpter deū graui/
tas:patiētia circa ſupportationē ſocioꝝ ⁊ inquie
torū in ſexta:in ſeptima vō tolerātia pugne vic/
torioſe carnis ⁊ ſpiritus:⁊ ī octaua acerbitates ꝑ
ſecutionū: q ex p̄dicatione diuini verbi ſeq de/
bebat:opoſitus exp̄munt̄. ¶ 3°regulā mirandaꝫ
oīs pfectionis in gratiā tradidit eis ī illo ſermōe
vbi ſuo ore ꝓlato:in quo qui pri⁹latebāt:pateſa
cti ſūt oēs theſauri ſapīe ⁊ ſciētie dei: ibi cōſilia:
ibi declarant̄ p̄cepta: ibi modus orādi:⁊ regula
ſe cuſtodiēdi a lupis ⁊c̄.que etiā nō puto ꝑ augu
ſtinū illū facūde poſtulantē ſermonē eſſe expli/
cata cōplete mira ſuauitate tradunt̄. ¶ 4° ſuis
exemplis eos ꝯfirmat nō ſolū vitā ꝯtinuās artā:
ſꝫ miracula plura fortaſſe ad eoꝝ ꝯfirmationeꝫ
faciēs:q̄ alias nō feciſſet:ſicut a ſiſi pōt hr̄i de ſi/
gnis q̄ oñdit corā duob⁹ diſcipulis a Johē tranſ
miſſis ad xp̄m:vt interrogarēt eū tu q es. Con/
fortabat ēt eos ꝑ doctrinā quā corā eis populis
p̄dicabat: ⁊ feruorē ex ꝯuerſione multorū q̄s ad
deū videbāt reduci. ¶ 5°ſe eis affabilē r̄ddebat
iuxta indigentiā infirmoꝝ nōdum valentiū du/
ros ſumere cibos:illos a turba p⁹ p̄dicationē ſe/
q̄ſtrans: ⁊ parabolas q̄ turbas latebāt ſecrete re
ſerans:ſm qō in illo ſtatu erant capaces. ¶ 6°oī
diſcretione vtebat̄ cū eis non artans eos in no/
uitiā ad arta ieiunia:q2 nouū vinū veteres vege
tes fundūt:rationabilit̄ declarans: qꝛ nō debent
filij nuptiaꝝ ieiunare q̄diu ſpōſus ē cū eis. Inſi/
nuabat tn̄ qꝛ ī poſteꝝ infallibilit̄ optebat eos ie/
iunare:⁊ multa ꝑ defenſione portare veritatis.
¶ 7°crebro repetebat eis qd erat fiendū ab eis
vt p̄dicās populis aut pticularit̄ inſtruēs eos ſi/
ue dulcit̄ rephendēs: cū v̄bo vel facto:aliqd in/
debitū cōmittebāt aut obmittebāt debitū. ¶ 8°
ab eis ſe ſepabat ad momentū:⁊ ad eos redibat
vt pn̄tia corroborati ⁊ ordinati:ēt a leuib⁹abſti
nerēt:q̄ dei ſeruos graues ⁊ maturos nō decēt.
¶ 9°viſitatione deſerti aut montis aſcenſu:non
qdē ocioſ⁹:ſꝫ plurimū fructuoſus ipſos materia/
liter recreans:ne tedio frangerent ab incepto ri
gore ꝑ modicum recedebat. ¶ 10°aliqn̄ ſinebat
eos pati penuriā vict⁹aut ēt forte veſtitus:dubia
mortis ſuſtinere mare turbato. tū vt inciperent
aſſueſcere penis ⁊ aduerſitatib⁹.tū ēt vt ſuā fra
gilitatē recognoſcerēt: ac tertio vt recurrenduꝫ
ad ipſū forent īpulſi.xi°frequētiſſimis orationi
bus recreabat: ſicut a ſiſi oī die credo oratiōes
ſingularit̄ hn̄s:q2 p⁹nouitiatū eoꝝ ē ſcriptum:q
ad hortū gethſemani q loc⁹ or̄onis erat,inſtitu/
tus:idē frequent̄ ꝯueniebat cū diſcipulis ſuis.
¶ 12°ne vnq̄ꝫ grauarent̄ ocio lectionib⁹exercita
bat illos interrogās ⁊ dubia ꝓponēs atq̄ꝫ obſcu
ra dilucidans cū ceteris innumerabilibus regu
lis ſanctis.

¶ De diſciplina religioſorum in conuerſando
cum alijs:in ambulando:in ſtando.in habitu:in
geſtu:in ſilentio. Ca.viij

De diſciplina.ait p̄s ps.
.2.ap/
p̄hendite diſciplinā ne qn̄ iraſcat̄ dn̄s ⁊
peatis de via iuſta. Apphendite ait.i.volūtarie
ſumite:q2 nō alit̄ eēt vtile. Diſciplina āt ē triplex
.ſ.diſciplina dei:diſciplina plati: ⁊ diſciplina ſui.
Diſciplina dei eſt flagellū cuiuſcūq̄ꝫ tribulatiōis
⁊ iſta dꝫ apphendi patient̄ ferēdo ⁊ ſe emēdan/
do:vt dicit̄ ꝓuer.3. Noli negliḡe diſciplinā dn̄i
nec deficias:cū ab eo corripis: quē enim diligit
dn̄s:caſtigat. Infirmitates ⁊ alia aduerſa debēt
patientiſſime ferre pl⁹q̄ꝫ ſeculares viri. Diſcipli/
na p̄lati eſt qua corrigit ſubditū ꝓ defectib⁹ ver/
berando:⁊ iſta volūtarie dꝫ ſumi ēt ſi nō cōmi/
ſiſſet defectū. Et de hac pōt intelligi illud p̄s ps
.17. Diſciplina tua.i.plati q eſt ei loco dei corre/
xit me in ſinē ⁊c̄. Hic beat⁹ Bn̄dict⁹dando diſci
plinā monacho ꝓ ſua leuitate diſcedendo ab eo
diabolo: ꝑ hanc emendatus ē. Diſciplina ſui eſt
duplex:vna ē v̄berū qua ſe pcutit: ⁊ iſta eſt vtil̄
ad rep̄mendū tentationes carnales. Vn̄ beatus
Franciſcus tentatus de hoc dedit ſibi notabileꝫ
diſciplinā ad vincendū tentationē:valet etiā ad
ſatiſfaciendū ꝓ peccatis ſuis ⁊ alioꝝ:ſicut legit̄ ō
ſcō Dn̄ico qꝛ tres diſciplinas ſibi dieti dabat ad
ſatiſfaciendū ꝓ peccatis ſuis eoꝝ q erāt ī mūdo:
⁊ q in purgatorio.ad hoc ēt valet ad ꝯformādū
ſe xp̄o:de q̄ Iſa.53. Diſciplina pacis noſtre ſuper
eū ⁊c̄.q2 flagellatus fuit:alia eſt diſciplina cōpo
ſitionis exterioris:⁊ de hac in.§.ſequent].

## Quomodo religioſus

diuerſimode ſe dꝫ hr̄e ī diuerſis ſtatib⁹cū diuer
ſis pſonis ſm Vmbertū. In ſtatu p̄latiōis ſe dꝫ
hr̄e ſolicite. Ro.12. Qui p̄eſt ī ſolicitudīe. In ſta
tu ſubiectiōis ſubiectiue ad heb.12.c. Subiacete
p̄poſit] v̄ris. In ſtatu ſanitatis laborioſe. In ſta/
tu īfirmitatis ꝯſolatorie.i. nō ſe deijcē aīo:tho/
bie.5.forti aīo eſto. In ſtatu iuniori q̄ſi īgranter
eccleſiaſtici.32. Adoleſcēs loq̄re in cauſa tua:vix

⁊ ſi bis interrogatus fueris: habꝫ caput reſpõſū tuū:
⁊ vbi ſūt ſenes: nõ multū loq̄ris. In ſtatu ſenioꝛi
ſapienẗ vtilitati. ſ. cõi vacãdo. Sapiētes ſenes d̄
bonis terre tractabant. In ſtatu ſublimi hūilẗ:
eccleſiaſtici. 3. Quãto magnꝰ es humilia te in oi/
bus. In ſtatu inferiori ↄſtanter: vt nõ aſpiret ad
ſublimiorem. i Corin. 7. Seruus vocatus es: nõ
ſit tibi cure. Et ſi hoc ſeruandū eſt in ſtatu vilis/
ſimo vt eſt ſeruitus: multo magis in alijs. Item
cum diuerſis pſonis diuerſimode cõuerſandum
eſt. Nã ad platos ſe dꝫ habere obedienter: heb.
13. Obedite ꝓpoſitis veſtris ad ſocios coequa/
les amabilẗ. Seneca. ſociabilẗ viue vt amare
appetas ⁊ amari: ad minores paterne. ſ. eoꝝ edi/
ficationi intendendo: ſicut apl's docebat diſcipu
los. i. Corin. 3. tanq̄ꝫ puulis in xp̄o lac vobis potū
dedi. Cum officialibus tranquille nõ pturbãdo
eos: the. 5. ꝓpter opus illoꝝ pacem habete cum
illis. Cū diſcolis pacifice: pſalmo. Cuꝫ his qui
oderūt pacē eram pacificus. Cū viris ſanctis: ſcē.
pſalmo. Cū ſancto ſanctus eris. Cū foꝛinſecis ſa/
pienter: q2 neſcitur quid intendãt: coll'. 4. In ſa
pientia ambulate ad eos q̄ foris ſūt. Cū mulie/
ribus pudice: thi. 4. Iuuēculas obſecra: vt ſoꝛo
res in omni caſtitate. Cū paupibus affabilẗ: ec/
cleſiaſtici. 4. Congregationi pauperū affabilem
te facito. Cum diuitibus curialẗ ne. ſ. exaſperen
tur vel aſpernanẗ: ſꝫ quadã ſagaci curialitate tra
hanẗ ad bonū: ſicut xp̄s ad zacheū inuitando ſe
ipſū ad comedendū cū eo: luc. 19. Cū domeſticis
ſm carnē ſpūaliter. Ro. 9. Optabã ego anathe/
ma eſſe a xp̄o ꝓ fratribꝰ meis ⁊c. Cū aduerſarijs
patienẗ. Ro. 9. Nõ vos defendētes cariſſimi in
actibus ſuis manſuete habere ad oēs. Cuꝫ oībꝰ
de eoꝝ vtilitate agere vt xp̄o lucrifiant: eccl'iaſti
ci. 37. Cū irreligioſo tracta de ſanctitate ⁊ cū iiu
ſto de iuſticia: ⁊ cū timido de bello. i. rep̄hende
tales de eoꝝ vicijs loquendo de virtutibꝰ q̄ de/
ficiunt eis: vel ſm tho. eſt locutio illa ironica: et
tūc eſt ſenſus q̄ homo in petēdo conſiliū nõ dꝫ
ire ad eos qui ſint affecti in ↄ̄riū. Vñ gregoꝛ. in
paſtoꝛali oñdit q̄ ad diuerſos diuerſimode ē lo
quendū. Item ſtando dꝫ habere oculos dimiſ/
ſos: exemplo publicani. Sedendo nõ dꝫ tibias
diuariare vel pedes diuidere: ezech. 16. Diuiſiſti
pedes tuos. Jacendo cauere dꝫ ne diſcooperiat
ſe vt noe: ī diuinis officijs reuerenẗ: heb. 12. Ser
uiamus illi cū metu ⁊ reuerētia. Itē diligenẗ: hie
remie. 48. Maledictus homo qui opus dei fa/
cit negligenẗ ſm vnã litterã. Itē timide: ꝑs pſal/
mo. 2. ſeruite dño in timoꝛe ne ſcilicet in aliquo
offendatur in miniſtrando in tpalibꝰ ſedulo. 4.
Reg. 4. Ecce ſedule in oībus miniſtraẗ vobis.
In docendo dꝫ cauere ne ī aliquo ſe magnificet
ſicut fecit heliud Job. 33. Itē in corrigendo ſiue
ad ptem ſiue publice modeſte. 2. thi. 2. Cū oī mo
deſtia corripientē: qd̄ fit cum nõ excediẗ modꝰ
in aggrauatione vel aſperitate loquēdi. Item in
iudicando ⁊ puniēdo qñ opoꝛtet ſemp dꝫ miſcē
miſericoꝛdiã: exēplo xp̄i. In diſputando cauere
dꝫ a lite: ad thi. 3. Seruū dei nõ opoꝛtet litigare
In ↄſilio ꝓuidus: exēplo ioſeph geñ. 41. In exe
quendo ſibi cõmiſſa prudenẗ. i. Regl. 18. Dauid
prudenter ſe habebat ī oībus ad que ſaul miſiſ/
ſet eum.

## De diſciplina et com/

poſitione in ambulando. Nota ſm Umbertum
in expoſitione regule debet homo incedere nõ
nimis feſtine: ſicut quidam qui interdū p̄cipites
incedunt: nec nimis lente: vt videanẗ numerare
pedes: ſꝫ mediocriter: nõ incaute: ſꝫ cum ꝓuidē/
tia: ne offendat ad lapidem: vel ponat pedem in
luto vel lubrico vnde cadat vel coꝛruat ſup ali/
os: vel nõ teneat bonam viam. Item nõ eſt ince
dendum collo extento: vt filie ſyon: nec ceruice
erecta: vt ceruus: nec pectoꝛe ꝓminenti: vt gallꝰ
nec cum cõmotione ſpatularum ⁊ brachioꝛum
ventilatione quaſi remigantes: vel cubitoꝝ an/
gulatione ſe p ventrē tenendo: vt domicelli: vel
irreuenter p̄cedendo: q̄ oīa ſūt ſigna ſupbie. Itē
rep̄henduntẗ q̄ incedēdo ſemp videnẗ triſtes ne
minē ſalutãtes: nemini ſe iūgentes: nemini vnq̄ꝫ
affabilitatē oñdentes: nunq̄ꝫ ſolatiū aliquod ſo/
cio facientes: nullū in aliquo verbis bonis edifi
cantes: ſꝫ quaſi in amaro ſilētio tota die pgēdo.
Itē nõ incedēdū cū leuitate ⁊ diſſolutiõe: ſꝫ dicē
do pſ ⁊ oꝛationes vel meditando aliqd̄. Rep̄/
henſibiles etiã ſūt q̄ nimis de facili diſcurrunt:
nūc hinc: nūc inde. Rep̄henduntẗ q̄ nil fructuo/
ſe agūt in via ſpiritualẗ vel tempoꝛaliter: ⁊ mul/
to magis q̄ damnoſe incedunt frangentes ſepes
⁊ conculcãtes ſata: vt faciãt viã: cū dãno alioꝝ.

## De diſciplina in ſtãdo

ſm Umbertū. Nota q̄ rep̄henſibile eſt in hoīe
quieſcēte. Primo cū ſecū ſtare nõ pōt: ſꝫ ſem
per cū alijs. Seceñ. Signum eſt bone mentis ſe/
cū conſiſtere. 2° q̄ ſecū cõſiſtens ceſſet ab ope
ocioſus: contra qd̄ eſt illud hieronymi: ſemp ali/
quid boni facito: de cõſe. di. 5. c. nunq̄ꝫ. 3° q̄ nõ
vacet ſpeculationi: aliqñ reſpiciēs mentalẗ: mõ
añ picula: modo retro peccata cõmiſſa: mõ īfra
penas inferni: mõ ſupra gaudia paradiſi: modo
a dextris ſanctoꝝ exēpla: modo a ſiniſtris tpa/
liū vana. Itē. 4° dꝫ q̄s cõmoꝛari magis inter
viros q̄ꝫ mlieres: eccleſiaſtici. 42. In medio mu
lierū noli cõmoꝛari. Itē. 5° magis inter graues
viros q̄ꝫ leues. Seceñ. inẗ illos cõmoꝛare q̄ te fac
turi ſūt melioꝛē. Itē. 6° inẗ magl cõſil'es q̄ꝫ inẗ
magnates: eccl'iaſtici. 27. Uolatilia ad ſibi ſilia
cõuertunẗ. Itē. 7° moꝛandū ē magis in locis
occultis q̄ꝫ publicis. Vñ de ſcis viris ad heb. xi.
In ſpelūcis ⁊ cauernis t̄re. Itē. 8° magis ī locl
ſecurl q̄ꝫ piculoſis: vt plateis ⁊ locutoꝛijs. Itē
.9° magis ī locis ſc̄is: vt in eccleſia q̄ꝫ in locis cõi
bus. Jo. 19. maria ſtabat iuxta crucem ⁊c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De diſciplina habitus

Fm Umbertū ꝓuidendū eſt ne ſeruo dei veſtis ſit nimis longa: vel nimis breuis: nimis lata: vl' nimis ſixa: vel nimis clauſa: vel nimis formata: vel nimis informis: nimis defluēs: vel nimis ſuccinata: nimis cōpoſita: vel nimis ſordida. nimis laniata: vel nimis repetiata: nimis aptata: vel nimis inepte relicta: nimis diſſuta: vel nimis curioſe ꝯſuta. Cauendū ē etiā circa panniculos: ſotulares: corrigias: cultellos: campulos: tabl'as: burſas: ſacellos: ſigilla ꝛ ſilia: ne aliqͩ fiat in iſtis: qꝺ ex ꝑcio curioſitate vel ſupfluitate vl' ſecularitate aliqua poſſit aliqͩ' rephenſibile iudicari.

## De diſciplina in geſtibus.

Umbert' hugo de ſancto vic. ſic dicit. Sunt qdaꝫ q nō niſi buccis patentib' aſcultare neſciūt: ꝛ q̄ſi palatū ad ꝟba apiunt. Alij q in agendo vel audiēdo q̄ſi canes ſitiētes linguā ꝓtendūt: ꝛ ad ſingulas actiones labia velut molā torquendo circūducūt. Alij loquētes digitū extendūt: ſupcilia erigūt: ꝛ oculos in orbē rotātes, cuiuſdā intrinſecus magnificētie conatus oſ̄dūt: caput iactant comā excutiūt: veſtimēta coaptādo ꝯponūt. Alij tm̄ alterā auriū voci apponūt: q̄ſi ambe n̄ fuerūt facte ad audiendū. Alij ad iter videndū alterum tm̄ oculoꝝ apiunt. Alij cū maiori ridiculo cū medietate oris loquūt. Sūt ꝑterea mille larue: mille corruptiones nariū: mille corroſiones labioꝝ q̄ decorē diſcipline deturpant. hec ille.

## Quomodo ſe debꝫ habere

diuerſimode in diuerſis locis ſm Umbertū. In oratorio mature: iuxta altare reuerenter: iuxta religas timorate: in capl'o ſicut xp̄s an̄ pſidem iudicand'. ſ. ſm Ber. dimiſſis aſpectib' vultu hilari: rarus ad ꝟba: pmptus ad obprobria. ſ. ſuſcipiēda: parat' ad verba: in ſcholis attente: in cella vtilit': in refectorio ꝛ oī comeſtiōe religioſe .i. linguā a loquēdo reſtringat: oculos nō circūdet: ſup eſcam ſe nō effundat: mūde comedat vt abhominationē alijs non faciat. In dormitorio quiete: vt alios nō ingetet. In ifirmitorio n̄ q̄ruloſe: exēplū de lazaro vlcerib' pleno ꝛc̄. In hoſpitio lete. In cameris verecūde. In locutorio nō ocioſa: ſꝫ vtilia dicat. In horto vel prato meditatiue: math. 6. Conſiderate lilia agri ꝛc̄. In alijs officijſ neceſſitatis: vt coquina: canepa cellario ꝛ hi' ꝓ diſciplina ſeruandū ē q̄ nūq̄ꝫ appareat niſi ꝓ' iuſta neceſſitate: ne ſimilis ſit illis mulieribus de qbus apl's ait. Ocioſe diſcūt circuire domos: cū iuuenculis nō ſe inueniat: ſolus in cella vel in dormiēdo vel alijs locis ſecretis: qꝛ diabol' circuit querēs quē deuoret: ꝛ ibi de muliere rōne ſexus tētat: de adoleſcente rōne etatis vexat: vt dicit. ¶ Et ad tollendum ſuſpitiones alioꝝ ꝛ precipue in regionibus vbi viget vicium contra naturam.

## De diſciplina ſilentii.

Multū eſt vtile ꝛ neceſſariū cūctis: ꝛ ꝑcipue religioni. Un̄ ꝛ ab oībus patrib' religionis ꝓ certo tpe ꝛ loco inſtitutū ē: ēt a bonis nō neceſſarijs tn̄ ꝟbis abſtinēdo. Un̄ ps. obmutui ꝛ ſilui a bonis: hoc gratiā diſpoſitiue gignit: in cui' figura zacharias tacēs: iohēm q interptatur gr̄a genuit: fortitudinē ſpūs addidit Iſaias. In ſilentio ꝛ ſpe erit fortitudo veſtra: ſicut olla coopta feruet: cito diſcoopera retardat̄ ꝓpē euaporationē: ita ꝛ mens tacēs vel loquēs ad ꝯtēplationē inducit Tre. z. erit ſolitarius ꝛ tacebit ꝛ leuabit ſe ſup ſe. Sapiētiam auget. Nā ꝛ pythagoras diſcipul' ꝑ qnquēniā ſilentiū impabat: vt tacēdo diſcerent poſtea loq. Secūdus etiā phs ex eo q̄ loquēdo fuit cā mortis matris: ita ſtrictū ſibi ſilentiuꝫ indixit: q̄ nec etiā impator alexāder mortē ꝓmittēdo potuerit eū inducē ad loquendū. Nec ē ꝯ quod dr̄ Iſai. 6. ve mihi quia tacui: qꝛ hoc ē verū qn̄ eſt neceſſariū loq: vt ꝑlatis corrigiēdo: penitentib' ꝯfitēdo: oīb' fratrū delicta fraternalit̄ admonēdo: ꝛ tāto diligenti' dꝫ iſtud obſuari q̄ꝫto nil valēs corpi nocere. multū aūt aīe ꝓdeſſe: ꝛ qꝺ teneri debeat ſilentiū: hēs de ſta. mo. c. cū monaſteriū.

¶ De exemptione religioſoꝝ ꝛ alioꝝ. Ca. ix.

## De exemptis tā religioſis

q̄ꝫ alijs: qꝛ religioſi modernis tēporibus ſūt q̄ſi oēs exēpti a iuriſdictiōe ordinarioꝝ: iō hic de exēptis ē agendū. Ubi ſciendū q̄ ſiue clerici ſeculares ſiue religioſi ſiue hoſpitalarij: q etiā aliqn̄ ſūt exēpti q dicūt ſe exēptos: ꝛ allegāt ꝑuilegia ſua reqſiti ab ordinarijs oſ̄dē tenent̄: ꝛ ēt tradere tranſcripta articuloꝝ: de qbus fuerit ꝯtrouerſia. Nō ſi ad exemptionē allegent ſolā ꝑſcriptionē: debēt de hoc facere fidē: q̄ ſi allegēt vtrūq̄ꝫ: tūc ſi ꝑuilegiū ad plenū nō ſufficiat ſed tamē cauſā ꝑbeat ꝑſcribendi: tenent̄ ꝑſcriptionē ꝓbare: ꝛ ꝓbatione pendente nō turbentur. Nō ſi nō allegant: nec exhibent ſaltē tale ꝑuilegiū qꝺ cauſā ꝑſcribendi ꝑbeat: dyoceſani vtant̄ iure ſuo: extra de ꝑuile. c. cū ꝑſone li. vi. Dicit̄ etiā q̄ in loco cōgruo ꝛ ſecuro aut aliquib' viris prudentibus ꝛ omni ſuſpitione carentib' ad hoc per dictos ordinarios deputatis infra trienniū ꝯpetentē ꝓ facti qualitate ꝛ ipſoꝝ ordinarioꝝ vel delegatorum ſuorū arbitrio moderandū iuſto impedimento ceſſante debeant dicta priuilegia oſtendere: ꝛ ad legendū integraliter exhibere. eo. c. ꝛ ti. Ubi dicit glo. q̄ ſi ordinarius dicit ſuā eē iuriſdictionē ꝛ ſubditus hoc neget: hn̄ cognoſcet ordinari' an ſua ſit iuriſdictio: de reſcriptis ſuper litteris: ſꝫ ad oēm ſuſpitionē tollēdā meli' videt̄ expediendū per delegatos: de fo. compe. ſi quis. Item exempta eccleſia etiā monachi canonici ꝛ clerici cōuerſi ꝛ ꝑpetuo oblati intelligūt̄ exēpti:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō autem preſbyter qui parochianorum curam
habet quo ad ea que ad ipſā curā ptinēt: nec ipſi
parochiani: extra de ꝑuile. p exemptionem li. vi.
Si aūt canonici alicuius eccleſie eximant̄: tunc
tam canonici q̄ȝ alij eximunt̄: nō aūt eccleſia per
hoc eximit̄: niſi aliud in exemptionis priuilegio
exprimat̄: extra de ꝑuile. c. p exemptionē li. vi.
vbi glo. ſup verbo pſ byter qui curā habet: ꝙ ta
les preſbyteri hn̄t inſtitui ab epīs: ꝛ intelliguntur
eſſe ppetui: q2 nequeunt abſq3 cauſa rationabili
reuocari ꝛ remoueri etiam p epōs: vt de capell.
mo. c. i. li. vi. ꝛ hoc caſu ꝑpter curam ꝛ populū nō
exemptū: ꝑlatus exemptus vadit ad ſynodum
epalem: vt de ꝑuile. c. vt apoſtolice li. vi. Item
dicit glo. ſup verbo alij clerici: ꝙ nec etiam con/
uerſi vel oblati erant tunc exempti: q2 verba ꝑ/
uilegiorum ſtricte ſumunt̄: prout verba ſonant.
Item p monaſterium vel huiuſmodi locum ex/
emptum intelligi debet tam de ipſo q̄ȝ de cimi/
terio domibus monaſterij theatris ꝛ hortis et
areis que ſunt iuxta eccleſiam: ar. 12. q. i. neceſſa/
ria. ꝛ. c. nulla. 17. q. 4. diffiniuit. Iteȝ exempti
nō poſſunt conſtruere oratoria vel capellas ī lo
cis non exemptis ſine licentia dyoceſanoꝝ: nec
etiam in ſic conſtructis tempore interdicti in ca
ſibus nō expreſſis celebrare vel facere celebra/
ri: alias p ordinarios compeſcant̄: ꝛ ſi ꝑpter hoc
ꝯſeruatores ferrent ſententias contra ordinari/
os coꝝ ſententie nō valerent: extra de ꝑuilegi. c.
auctoritatem li. vi. Item, exempti nō debent aſ/
ſumere lites ſuoꝝ hominū etiam cenſualium: vt
in dicto. c. auctoritatē in fi. glo. Requirit̄ ergo li
centia ſeu auctoritas pape vel etiaȝ delegati de
latere ad hoc vt exempti ſine licentia dyoceſano
rum valeant conſtruere oratoria in locis nō exē
ptis vel in conſtructis facere celebrari. Nota tex
tum pulchrum alexandri. 3. extra de ꝑuile. c. cuȝ
vbi dicit̄ cum ꝛ plantare: inquit: ſacram religio/
nem ꝛ plantatam fouere modis omnib⁹ debea/
mus: nuſq̄ȝ hoc melius exequimur q̄ȝ ſi nutrire
ea que recta ſūt: ꝛ corrigere ea que virtutis pfe/
ctum impediūt cōmiſſa nobis auctoritate cure/
mus.

## De exemptis ētiaȝ no/

ta ꝙ quacunq̄ȝ gaudeant libertate: nihilominus
conueniri poſſūt coram ordinarijs ratione deli
cti vel contractus vel rei de qua contra eos agit̄
ꝛ hoc niſi delictum ſit cōmiſſum vel contractus
initus vel res illa de qua agitur litigium ſit ī lo/
co exempto. Item nō poſſūt conueniri vbi do/
micilium habent: ſi alibi delinquant vel contra
hant vel res ipſa exiſtat. Nec etiam poſſūt dyo
ceſani illorū locorum vbi domiciliū habent re/
mittere exemptos ad locum vbi deliquerūt vel
contraxerūt vel res ipſa conſiſtit: extra de ꝑuile.
volentes li. vi. Item in eodem. c. volentes dicit̄
ꝙ quibus a ſede apoſtolica eſt indultū ne inter/
dici ſuſpendi vel excōmunicari a quocūq̄ȝ vale
ant: ſicut ſunt q̄ȝ plures religioſi in quorū ꝑuile
gijs continetur ne quis epūs vel archiepiſcopus
monaſterioꝝ ſuorum monachos pro vlla cauſa
vlloue loco excōmunicare ſuſpendere vel inter
dicere pſumat: ijdem ordinarij quantum ad iſta
iuriſdictionem ſuā exercere nō poſſunt: vbicūq̄ȝ
fuerint: ꝛ hoc niſi illi monachi mitterent̄ ad pri/
oratus ſubiectos ordinarijs: q2 tunc etiam licet
vtrobiq̄ȝ ſint monachi ordinarij quo ad p̄dicta
etiam illos iudicant q̄ȝdiu ibi manent: hec ibi.
Nota etiam hic diligenter ꝙ plures ordines
religioſoꝝ ſūt in hoc ꝑuilegio ſpāli muniti: ꝙ vi
delicet nō obſtante iſta conſuetudine que eſt In
nocen. quarti nō poſſunt ab ordinarijs vel corā
ordinarijs conueniri: nec ratione delicti: nec ra/
tione contractus initi: nec ratione rei etiam in lo
co exempto nō cōmiſſorum ſeu exiſtentiū: ita ꝙ
in nullo poſſunt contra eos pcedere vel iudica/
re de eis. Et de predicatoribus mihi conſtat ha
bere tale ꝑuilegium: quod vulgariter dicit̄ mare
magnum conceſſum ꝛ renouatum a plurib⁹ ſum
mis pontificib⁹. Idem dicit̄ de minoribus ꝛ ci/
ſterſienſibus ꝛ multis alijs ordinibus: vt here/
mitanis: carmelitis: ſeruitis: camaldulenſibus:
vallis vmbroſe: montis oliuarum: congregatio/
nis ſancte iuſtine ꝛ pluribus alijs: quorū tamen
ꝑuilegia nō vidi. Utrū aūt legati de latere poſ/
ſint iudicare de huiuſmodi ꝑuilegiatis: vide. j. ī
titulo de cardinalibus. c. delegatus. Notan/
dum etiam ꝙ ex ꝑuilegio in iure clauſo qd̄. ſ. ha
bet̄ de ꝑuile. c. in his. Fratres p̄dicatores ꝛ mino
res pn̄t vbicunq̄ȝ ſint in altari portabili celebra
re abſq̄ȝ epōrū illorū locorum licentia: ſine paro
chialis tamē iuris ꝑiudicio. In dicto. c. in his di
cit poſt Uincentiū ꝙ hoc eſſet. ſ. in ꝑiudicium: ſi
in contemptū eccleſiarū recipiant ad diuina pa/
rachianos eaꝝ vel decimas vel oblationes de/
functoꝝ: ſi iniūgant pn̄iam parochianis aliaꝝ ec
cleſiaruȝ ꝛ huiuſmodi. Dicit etiā Jo. an. ꝙ iſtud
priuilegium de altari portabili pōt dare epūs in
ſua dūtaxat dyoceſi: ſȝ vniuerſaliter ſolus papa.

## Per que verba conce

dat̄ exemptio p papam: alius enī talem exemp/
tionem facere nō pōt: niſi habeat ſuper huiuſmo
di auctoritatem ſpālem a papa: hoc declaratur
de ꝑuile. c. ſi papa li. vi. Ubi ſic ait Boniſa. 8. Si
papa in aliq̄ ꝑuilegio vel ſcriptura nō facta pn̄ci
paliter ſuper donatione vel ſententia exemptio
nis ſeu etiam libertatis: aliquam eccleſiaȝ ad ius
ꝛ proprietatem romane eccleſie pertinere: vel
conſimilia verba narret: nō propter hoc illius ec
cleſie exemptio eſt approbata: niſi de libertate
aliter doceatur. Si autē eccleſie vel monaſterio
exemptionis priuilegium concedendo vel ſup
ipſius exemptione ſententiando: cum de ipſius
exemptionis negocio ageret̄: aſſerat ipſā ecclīaȝ
fore exemptā: aut eā iuris beati petri exiſtere: ſi/
ue ad ius ꝛ ꝑpetatē romane ecclē: vl̄ ad romanā

Uniuersitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eccleſiam ſpālit̄ aut ſine medio vel etiā ſimplicit̄
ptinere:p hoc plene exempta debet eccleſia hu⁹
iudicari. Cum enī iure cōmuni omnes eccleſie p
orbem diffuſe ad eccleſiam romanā ptineant: ſi
id alicui concedat̄ eccleſie:vel de ea p ſnīam iu/
dicetur:ex hoc ipſius cōprobat̄ exemptio: vt p̄/
uilegij nihil al's allatura conceſſio ei cui conce/
dit̄ ꝛ ſnīa nullū aliter allatura ſubſidiū eccleſie
ꝑ qua fertur p̄rogatiua:cum verba debeant ali/
quid opari: conferant gratie ſpālis. Et eſt idem
ſi p̄uilegium contineat vel ipſe papa p modū ex
primat ſupra ſcriptuꝫ: ꝙ eccleſia ſit libera:ſeu ꝙ
potiat̄ romane eccleſie libertate: vt ꝙ in hoc p̄/
rogatiua gaudeant ſpeāli: vel ſi dicat indiffinite
ꝙ romane eccleſie annuū cenſū ſoluat ad pcepte
indiciū libertatis:ſiue ꝙ ipſam eccleſiam eximit
ab ordinarij poteſtate:vel ꝙ nō audeat ibi ep̄us
cathedram collocare:aut imperandi ſeu ordina
tionē q̄uis leuiſſimam faciendi exercere aliquā
poteſtatē. Similit̄ ſi aliqui recipiant̄ in proprios
ꝛ ſpāles ſubiectos:cenſent̄ exempti:nō ſic ſi in p
prios ꝛ ſpāles filios romane eccleſie ſint ſuſcepti
Tales quippe ꝓpterea exempti nō exiſtunt. Si
vero dicat̄ ſimplicit̄ ꝙ romane eccleſie aliqua
eccleſia cenſum ſoluat:nō ꝓpter hoc eccleſia exē
pta dici debet. Idem dicimus ſi p p̄uilegiū con
cedat̄ libertas ꝛ clauſula de cenſu ſoluendo ſeq̄/
tur:vt ſi aliquibus ꝙ ab alio q̄ꝫ a papa vel eius
legato excōicari interdici aut ſuſpendi nō poſſit
vel aliquid aliud ab apoſtolica ſede indultū ſit.
Vel ſi etiā dicatur ꝙ in ſpāles romane eccleſie fi
lios ſunt aſſūpti: ꝛ ſequat̄ ꝙ eccleſie romane ad
indicium libertatis pcepte annuū cenſum ſoluāt
His enī ꝛ ſimilibus caſibus ſic inſertis in certis
p̄uilegiati articulis ordinarioꝝ iuriſdictiōi q̄tū
ad alia ſūt ſubiecti:ſꝫ aūt ſic diuerſos p̄uilegioꝝ
quibus eccleſie ꝛ monaſteria eximunt̄ tenores
ad litiū materiam duximus deſignandos:p hoc
tn̄ aliis exemptionū:ſi reperiant̄ ſeu aliarū liber
tatis modis vel eoꝝ effectibus nolumus aliqua
tenus derogari:hec oīa in textu vbi.ſ. Dicit Jo.
an.in nouel.ſup hoc.c. ꝙ hic ponunt̄.14. forme
verboꝝ que aſſertiue ꝑlata in p̄uilegijs cōceſſis
a papa ſapiūt exemptionē. Dicit etiā ꝙ idē eſt p
oīa in exemptionib⁹ ordinū ꝛ ſingulariū pſona/
rū. Reprobat etiā archi.hic q dixerat ꝙ moduſ
vel forma que habet̄ in.c.ex ore eo.ti.ſ. ꝙ ep̄us
a fratribus monaſterii cuiuſdā aliqd iniuſte nō
exigat:ſꝫ his debeat eſſe contentus q̄ anteceſſo/
res ipſoꝝ fratrū anteceſſorib⁹ ſuis cōſtat rōnabi
liter impēdiſſe ſapit exemptionē capitis nō autē
membroꝝ. Et dicit Jo.an. abſit ꝙ hec verba ſa
piant aliquā exemptionem.

## De eccleſiis ſeu capel/

lis religioſorū ſic dicit Urbanus tertius de capel
lis mo.c.i. In eccleſijs vbi monachi habitāt:po
pulus p monachū non regat̄. Sed capellanus q
populū regat ab eo p conſiliū monachoꝝ inſti/
tuatur:ita vt ex ſolius ep̄i arbitrio taꝫ ordinatio
eius q̄ꝫ depoſitio ꝛ totius vite pendeat cōuerſa/
tio. Ubi dicit glo.ꝙ huic.c.nō obſtat ꝙ habet̄.16
.q.i.doctos.vbi dicit̄ ꝙ monachi pn̄t aſſumi ad
regimen eccleſiaꝝ: qꝛ illud intelligit̄ qn̄ mona/
chi p̄ficiūt̄ eccleſijs p inſtitutionē ep̄i ꝛ conſenſū
ſui abbatis:vel al's p̄lati ſui hoc faciūt. Jo.an.in
nouel.ſup dicto.c.dicit ꝙ hoc intelligit̄ de eccle
ſijs parochialibus ſm ab.qd̄ pꝫ p ſequētia: ꝛ lo
quit̄ de eccleſijs q̄ nō pleno iure ſpectant ad mo
nachos ſm Jo.16.q.2.ſane. Itē ſm quoſdaꝫ:ꝛ ſi
pleno iure ſpectēt ad monachos dūmodo popu
lus nō ſit exemptus:tūc etiā rōne populi cui⁹ cu/
ram cōmittit ep̄s examinabit: ipſe ep̄s inſtituet
ꝛ deſtituet ꝛ ſic intelligit̄ dictū.c.ſane. Alij intel/
ligūt hoc.c.vbi nō eſt patronus:nec p̄ſbyter ali/
qd ab eo recipit:ſꝫ tm̄ a populo:al's abbas ſacer
dotē inſtitueret ꝛ remoueret:ar.de p̄ben.in lata.
Dicit aūt Inno. ꝙ qn̄cūqꝫ ep̄us concedit curaꝫ
aīaꝝ ſacerdoti:ſemp deſtitutio ad ipſū ſpectat nō
ad abbatē. Nullus enī remouet niſi q conceſſit:
niſi ex delegatione:di.50.ſtudeat. vel ex p̄uile/
gio:ſicut dicit̄ de p̄mōſtracenſibus monachis ꝛ
humiliatis:vel niſi id faceret ep̄i vicarius: vt ar
chid.vt de offi.or.c.i.vel de cōſuetudine p̄ſcrip/
ta ſm Inno.hoc tn̄ vltimū.ſ. de cōſuetudine ex/
preſſe reprobat̄ eo.ti.li.vi.vt.j.dicet̄. Qd̄ dicitur
de capellano intelligit̄ de clerico ſeculari cui de
redditib⁹ aſſignet̄ cōgrua portio nulla ꝯſuetudi
ne vel p̄ſcriptione contraria obſtante: de p̄ben.
.c.de monachis. Ep̄s aūt inſtitutionē pn̄tandi fa
cit nō reqſito vlteri⁹ monachoꝝ ꝯſilio:ꝛ ſic eius
.ſ.capellani toti⁹ vite ſue viſitatio correctio ordi
natio.i.inſtitutio ꝛ deſtitutio.i. remotio ad ep̄m
ſpectat nō ad monachos:qd̄ eſt verū ſm hoſtiē.
de eccleſijs q̄ n̄ pleno iure ſpectāt ad monachos
vt de p̄ben.c.auaricie.ꝛ.16.q.2.c.i. ꝛ ſequēti. Et
dicit Jo.an.ꝙ iſtud.c. male ſeruat̄: imo videm⁹
in monaſterijs ſeu conuentib⁹ parochiā habenti
bus monachos clauſtrales ad mandatū ep̄i vel
abbatis circuire parochiam ꝛ miniſtrare popu/
lo ſacramēta:hec Jo.an. Quia iſtud igit̄ ꝓhibet̄
nō debent monachi ſeu alij religioſi hn̄tes con/
uentus:ſeu monaſteria hn̄tia curam animaꝝ per
ſe exercere curam:ſed inſtituere capellanum ſe/
cularē preſbyterū qui curam exerceat:vel ſi non
pn̄t p̄ paupertate vel alia cā:conent̄ lnīam habere
ſup hoc a ſede ap̄lica. ¶ Nota ꝙ in.vi.ti.de ca/
pel.mona.dicit̄ p̄ſbyteri q ad curā populi p mo
nachos in eoꝝ eccleſijs pn̄tant̄ ep̄is ꝛ inſtituūt̄
ab ipſis:cū debeāt eē ꝑpetui ꝯſuetudine vel ſta
tuto q̄uis ꝯrio nō obſtāte:ab eiſdē neq̄ant eccle/
ſijs niſi p ep̄os: et ex cā rōnabili remoueri. Ubi
glo.dicit ꝙ pn̄tationes tales fieri debēt a p̄lato
ꝛ ꝯuentu de iure cōi. Cōſuetudo tn̄ pōt ꝯriū in/
ducere:de his q̄ fi.a p̄la.c.ea noſcit̄. ꝛ quod dicit
ipſis intelligit̄ epiſcopis ſm glo. ꝛ ſic nō pleno iu
re habent illas cū ad ipſos non ſpectet inſtitutio:
de p̄uile.cū plantare. Reuocat aūt iſta ꝯſtitutio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coſuetudines ꝛ ſtatuta:nō āt ꝑuilegia. Et iō qui
hoc habēt ex priuilegio vt humiliati:hoc ēt nūc
facere poterunt. Et dicit Jo.an.ĩ nouell' ſup dic/
to.c.ꝙ licet epo fiat ꝑntatio ſolū q̄ ad curā popu
li'quā hꝫ epus cōmittere:ptinebit tñ ad euꝫ exa/
minare vt repellat:'ſi inſufficiēs eēt talis vel per
nitioſus. Et hēt hoc locum:ſi etiā alias ĩ ſpiritua
libꝰ ꝛ tempalibꝰ pleno iure habeāt eccleſiam ex
epiſcopi collatiōe. Curā.n. populi a ſe abdicare
nō poterit: alſ ꝛ epiſcopalē iuriſdictionē a ſe ab
dicare poſſꝫ:quod nō licꝫ.ff.de offi.pſi.l.penult.
Dicit āt archi.ꝙ regulariter ꝑ epiſcopū debēt ĩ
parochijs preſbyteri cōſtitui.16.q.2.ſane ꝛ.10.q.
.i.regēda.niſi pſentatio ptineret ad patronuꝫ: vt
de iurepa.ꝑ totum. Dicūt tñ Inno. ꝛ Hoſt. ꝙ ſi
eccleſia ē īfra termīos alterius poſita: epus n̄ po
net ibi miniſtꝝ:ſꝫ rectoꝛ parochie pſētabit:quod
ſi negligeret:epus ſupplebit:qꝛ rōne parochie vi
def eē patronus. Et ſicubi ĩuenit:ꝙ alius faciat
hoc:facit vt vicarius epiſcopi:de offi. vica.c.ſup
eo. Et aduerte ꝙ loquēdo ĩ pncipio hꝰ .c. de p/
ſbytero:nō diſtīguit an ſit monachus an ſecula/
ris. Dicit ēt Jo.an.in nouell'.ĩ.c.cū plātare de
ꝑuile.ꝙ q̄uis eccleſia īterdū ſpectet ad religio/
ſos pleno iure ĩ tantum ꝙ ĩ ea ēt rectorē īſtituūt:
tñ qꝛ populus nō eſt exemptꝰ:opoꝛtet illū rectorē
pſentari epo:vt ab ipſo recipiat curā populi:ꝛ de
illa curā tantū tenebit epo reſpondere. Querꝫ ḡ
ĩ viſitatione ſua epus ab illo rectore talis eccl'ie:
quomō populo celebret diuina officia:ꝛ quomō
adminiſtret ſacramēta. ꝛ de religs īquirat abbaſ
monaſterij:ad qō pleno iure ēt ſpectat eccleſia.
Et hoc niſi per ꝑuilegiū ipſe populus eēt exem/
ptus:qō rariſſimū eſt:ꝛ ĩ eo caſu epus nil ibi fa/
cere haberet:ſꝫ abbas ēt quo ad populum.

De pertinentibus ad commendationem reli/
gionis. Sermo. .c.x.

DE his que pertinēt
ad ꝯmēdationē religionis:que pdicabi
lia ſūt ꝛ laicis ꝛ religioſis:ad qō pōt īduci illud
ps.pſalmo.135. Ecce q̄ꝫ bonū ꝛ q̄ꝫ iocūdum habi
tare fratres ĩ vnū.i.vnitatē fidei ſpei ꝛ dilectiōis:
vniꝰ veri dei per excellētiā tñ ſꝫ aug.ō bōis reli
gioſis verificat. Bonū oīa appetūt ſm philoſo/
phū:ꝛ cū hoc ſub triplici dr̄ia reperiat:qꝛ aut tale
vtile aut delectabile aut honeſtū exiſtit: oīa iſta
bōa ĩ religiōe reperiunt:que ꝛ ĩ his verbis poſ/
ſunt compꝛehendi: Ecce q̄ꝫ bonum.
Bonum vtilitatis:ibi: ecce q̄ꝫ bonum.
Bonū ſuauitatis:ibi:ecce q̄ꝫ iocundum.
Bonum honeſtatis:ibi:hītare fratres ĩ vnum.
Qō eſt vtile hoī dicit bonū: vt diuicie q̄ valent
ad multa:nā ꝑ ipſas homo ſuſtentat:honoꝛatur
pmium ꝑ elemoſynas mercat. Sꝫ qꝛ hoīes cōit
abutunt eis:iō fiūt hoībꝰ frequenter multū dam
noſe aīe ꝛ corpi. Vn̄ dicit ſalomon:diuitie ꝯgre/
gate in malū dn̄i ſui. Sꝫ vere diuitie q̄ hn̄t in ſe
verū bonū ꝛ multiplex bonū ōndit deuotꝰ ber.
dicens de religione:bonū eſt nos hic eſſe.ſ.in re
ligione:qꝛ ibi hō viuit purius: cadit rarius:ſur/
git velocius:incedit cautius:quieſcit ſecurius:ir
roꝛat frequentius: moꝛit confidentius: purgat
citius:remunerat copioſius. Prime tres ex iſtis
nouē vtilitatibus concernūt initiū religionis:ſe/
cunde tres ꝓgreſſum: vltime tres eiꝰ terminum.
Prima ḡ ratio quare bonū ē ꝛ meliꝰ in religiōe
q̄ꝫ in ſeculo ꝯuerſari habet ex hoc:qꝛ ibi viuitur
puriꝰ q̄ꝫ in ſeculo. Et hoc ē ꝓpter tria bona religi
onis eſſentialia.ſ. ꝓpter obīe integritatē: ꝓpter
caſtitatē: ꝓpt pauptatē. Obediētia enī eradicat
ꝓpꝛiā volūtatē q̄ ē cā omniū maloꝝ. Unde ber.
Ceſſet ꝓpꝛia volūtas ꝛ ceſſabit infernꝰ. Vn̄ ſaul
rex factus a dn̄o cū cepit facere voluntatē ſuam
nō obediēdo ſamueli in his q̄ impauerat ſibi ex
ꝑte dei:repꝛobatꝰ fuit a deo: ꝓcedens poſtea de
malo ĩ peiꝰ vſq; ad īteritū aīe ꝛ coꝛpis.i. Re.15.
Et q̄uis oēs fideles habeāt obedire ſupioꝛibus
ſuis:tñ in multis liberi relinquūt:vn̄ ſepe offen/
dunt. Sꝫ religioſus in oībus ſuis opibus eſt ſub
volūtate ꝑlati die noctuq;:ꝛ obediēdo n̄ peccat:
ſꝫ meret ſemꝑ ꝛ viuit purius. Secūda rō q̄re
viuit purius eſt ꝓpter caſtitatē q̄ vtiq; purificat
ꝛ pulchꝛificat aīam ꝛ coꝛpus ab oī ingnamēto
carnali:ſapīe.4. O q̄ꝫ pulchꝛa eſt caſta generatio
cū claritate.cū claritate dicit.i.cū bona fama:qꝛ
ſic dꝫ cōuerſari religioſus vel religioſa caute:vt
nullus poſſit aliq̄d mali ſuſpicari ꝓpter nimiaꝫ
frequentiā cū pſonis:vn̄ poſſit malum eſtimari:
qō q̄dem inducit ſcandalū ꝛ multotiēs ruinam
Et ſi aliqs gradus caſtitatis repiat in ꝯiugio fi/
deliter ſeruato:tñ tot inoꝛdinationes fiūt ĩ eo et
beſtialitates vt vix ſine impuritate peccati exer
ceat:a quibus actibꝰ ꝯiugij abſtinendo ſine com
paratione viuit puriꝰ. Tertia rō eſt quare viuit
puriꝰ ꝓpter pauptatē:dicit gregꝰ. di.47.bonoꝝ
auctoꝛi inherē nō valemꝰ:niſi cupiditateꝫ q̄ ra/
dix ē oīuꝫ maloꝝ:funditus euellamꝰ. Quāto aūt
qs magis inheret deo.ſ.ꝑ affectū tāto efficit pu/
rioꝛ. Sꝫ q̄ poſſidet iſta tpalia: vt ꝓpꝛia difficile
ē ꝛ q̄ſi ipoſſibile q̄n inoꝛdinate afficiat ad ea:et
ꝑ ꝯñs minꝰ deo inheret:ſꝫ religioſus cū nil hēat
nec hr̄e poſſit:vt ꝓpꝛiū in pticulari: ꝛ ſi ĩ cōi pſſt
multi hr̄e:licitiſſime ēt ĩmobilia:iō ſublata occa
ſione cupiditatis totalit pōt deo inherē ꝑ puri/
tatē:laici ꝑ iſtā cupiditatē terrenoꝝ efficiunt ple
ni malicijs:ſꝫ econtra: religioſi boni pleni bona
ſimplicitate iſta terrena ꝯtēnentes:ſm illud apl'i
2.Coꝛ.8. Pauptas eoꝝ abūdauit in diuitias ſim
plicitatis eoꝝ:qꝛ igit ꝑ obedientiā caſtitatem ꝛ
pauptatē fugit religioſus occaſiones maloꝝ: iō
merito ibi viuit puriꝰ. Ecce igit q̄ꝫ bonū vtile.
Secundū bonū religionis eſt:qꝛ hō ibi cadit ra
rius. Et hoc eſt ꝓpter tria q̄ ibi ſubtrahunt q̄ du
cunt ad caſū ruine q̄ vtiq; abūdat in ſeculo: ibi
enim.i.in religione vitantur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Uicioſe occaſiones.
Uicioſe conuerſationes.
Uicioſe aſſuefactiones.
Occaſiones maloꝝ vtiqꝫ ſunt vana que ingerūt
ſenſibus noſtris. Non enī ſatiat̄ oculus viſu nec
auris auditu: eccl'iaſtes.i. ꝛ ſic de alijs ſenſibus.
Sꝫ vt dicit̄ treñ.3.c. Oculus meus depdatus eſt
animā meā vane.ſ. vel curioſe aſpiciendo: inde
inſurgūt ꝯcupiſcentie in mentē: que faciūt ruere
Figura ꝛ exemplū in Dina filia iacob: que egreſ
ſa eſt de domo ad videndū feminas regionis: et
corrupta inde a ſichē: geñ.34.c. Sic aīa egredi/
ens de domo rōnis ꝑ ſenſus corpis ad videndū
creaturas corrūpitur ꝑ inordinatū amorem ad
eas. Iſte ḡ occaſiones que ingerunt̄ quotidie ſe
cularibus: qꝛ diſcurrunt hinc inde ꝑ loca vana
